Hiſtoriae Auguſtae ſcriptores ſex. *Lipſ.* 17
8. Praefatus eſt FUITTMANNUS, Prof. jur. L
ſienſis: curam vero geſſit M. JO. PETR
SCHMID, qui textum ex editione Hackiana r
didit, et adiecit indicem plenum ſ. gloſſarium

Fragmenta hiſtoricorum veterum Latinor
collecta et aucta ab ANTONIO RICCOBON
Rhodigino; ad calcem *ejusdem* libri de hiſto
Venet. 1568. 4. *Baſil.* 1579. 8. — Aucto
q

ciorum fragmenta Italus exhibet, ſupra Vol. I. P. I. p. 4 ſqq. nominavimus.

Fragmenta hiſtoricorum, collecta ab ANT. AUGUSTINO, emendata a FULV. URSINO. Accedunt FULV. URSINI notae ad SALLUSTIUM, CAESAREM, LIVIUM, VELLEIUM, TACITUM, SUETONIUM, SPARTIANUM, et alios. *Antverp.* ex officina Plantiniana ap. viduam et Joh. Moretum 1595. 8. — Exhibentur hic fragmenta Q. FABII PICTORIS, FABII MAXIMI SERVILIANI, C. LICINII MACRI, SEMPRONII ASELLIONIS, L. COELII ANTIPATRI, Q. CLAUDII QUADRIGARII, CLODII LICINII L. CLAUDII (qui C. ACILII annales Romanos ex Graeco Latine vertit), L. CINCII ALIMENTI, CN. GELLII, L. CALPURNII PISONIS, L. CASSII HEMINAE, L. CORN. SISENNAE.

Fragmenta hiſtoricorum veterum Latinorum, ab AUSONIO POPMA collecta, emendata, et notis illuſtrata. *Amſt.* 1620. 8. — Habes hic fragmenta Q. FABII PICTORIS, Q. FABII SERVILIANI, L. CINCII ALIMENTI, C. ACILII, FANNII, VENNONII, SCRIBONII LIBONIS, M. PORCII CATONIS, A. POSTHUMII ALBINI, CN. GELLII, L. CALPURNII PISONIS FRUGI, LUTATII, L. COELII ANTIPATRI Q. AELII TUBERONIS, P. RUTILII RUFI, P. SEMPRONII ASELLIONIS, CLODII LICINII, C. LICINII MACRI, L. CASSII HEMINAE, CLAUD. QUADRIGARII, Q. VALERII ANTIATIS, CN. AUFIDII, L. CORNELII SISENNAE, M. T. VARRONIS, Q. HORTENSII ORTALI, T. POMPONII ATTICI, CORNELII NEPOTIS, L. FENESTELLAE, TANUSII GEMINI, DOMITII, CN. EGNATII VERINI, et M.

OCTAVII. — Haec collectio ſubiicitur quoqu ſine notis SALLUSTII editioni *Amſtelodamen* 1661. 12; cum notis Popmae, novisque Jo Waſſii *Cantabrigienſi* 1710. 4. Cortianae *Lip* 1724. 4. denique cum notis integris Popma Coleri, Ruperti, Waſſe, Broukhuſii etc. Have campianae *Amſt.* 1742. 4. tomo II. p. 247 ſqq.

SECTIO II.

Scriptores hiſtoriae Romanae generales antiqui.

Fabius Pictor.

Primus, ni fallimur, eſt Q. FABIUS PICTO ſcriptorum antiquiſſimus Livio dictus et Diony ſio Halicarnaſſenſi. Ex Livio diſcimus, vixiſ eum circa bellum Punicum ſecundum, et aequ lem temporibus hujusce belli potiſſimum aucto rem haberi; quod etiam, et qua ratione ab al Fabiis Pictoribus ſit diſtinguendus, erudite d monſtrat *Ger. Joan. Voſſius* de hiſtor. Latin. L. cap. III. Ejusdem annales omnes laudant reru Romanarum ſcriptores veteres, nihil autem iis amplius ſupereſt, praeter fragmenta perpauc in collectionibus modo commemoratis conſpicu Propalavit quidem hujus Fabii aliqua JOANNI ANNIUS, *Viterbienſis:* ſed doctus iſte impoſt ſatis omnibus eſt notus, quod de ſuo finxe haec et alia. De hoc et ſequentibus ſcripto bus conſuli poteſt *Hankii* liber de Romanaru rerum ſcriptoribus.

M. Porcius Cato.

MARCUS PORCIUS CATO ob prudentia morumque gravitatem non minimae apud R manos auctoritatis, ſatis etiam ex originum bris, quos edidit, notus eſt. Septem autem O ginum libros ſenex conſcripſit, cum adoleſce

oi

orationes conficeret, quorum primus res geſtas regum populi Rom. continebat, quarum ſine dubio partem fecit origo generis Romani, cum Sextus Aurelius, ſive quisquis ſit, Catonem allegat in origine generis Romani. Secundum autem et tertium librum urbium Italicarum originibus deſtinaverat, quod dein occaſionem tituli dedit, uti innuit Corn. Nepos (in Catone c. III.)

Fabio Pictori et Catoni Dionyſius Halic. L. Cincius. accenſet LUCIUM CINCIUM et CALPURNIUM PISONEM; annalium deperditorum ſcriptores.

Libros ſeptem hiſtoriarum compoſuit EN- Ennius. NIUS, quibus Romanorum res inter bellum Punicum primum et ſecundum deſcripſit, quorum primus ſolam comprehendit gentis Romanae originem.

Q. LUTATIUS Romanarum rerum ſcripſit Q. Lutatius. libros plurimos, quos ſaepius laudat Victor.

Sed mittamus hos aliosque hiſtoricos, quorum opera proh dolor! pauca ſi excipias fragmenta, interierunt, et ad eos potius accedamus, quorum libri, maximam certe partem, ad nos pervenerunt.

Agmen ducat ſcriptor Graecus, DIONYSIUS, Dionyſius Halic. *Halicarnaſſenſis.* Quo tempore vixerit et unde argumenta hiſtoriae ſuae petierit, ipſe L. I. cap. 7. his verbis indicat, Gelenio interprete: „Ego appulſus in Italiam poſt finem bellis civilibus iam tum impoſitum ab Auguſto Caeſare, circa mediam Olympiadem CLXXXVII, ex illo tempore in hunc diem exactis Romae annis XXII, aſſecutus Romanum ſermonem ejusque regionis litteras; toto eo tempore paravi mihi, quae putarem ad hoc opus accommoda, partim ex doctiſſimorum hominum colloquiis, partim ex laudatorum ab his virorum commentariis, quos ſuperiora

tulerunt ſaecula." Quae cum ita ſint; ſi anno Ur bis 723, qui eſt Olympiadis 187 annus tertius, an te C. N. 28, Dionyſius in Italiam venerit: cu hiſtoriae ſuae prooemium componebat, agebatu Olympiadis 193 annus I, Urbis 745, ante C N. 6. Inſtructus, qua ipſe narrat ratione, com poſuit Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας ſive antiquitatu Romanarum libros XX, quos ad initia primi bel Punici, ubi Polybius hiſtoriam ſuam exorſu erat, perduxit, i. e. usque ad annum ante C N. 264. Ex hoc opere ſolummodo undeci priores libros injuria temporum nobis integr reliquit. Primus, praemiſſis quibusdam de ant quiſſimis Italiae cultoribus, incipit a Roma cor dita; ultimus finitur in anno Urbis 312 ſ. an C. N. 439. Ex perditis libris excerpta quaeda de legationibus exſtant. Incipiunt a legatio Romanorum ad Neapolitanos de non laeden imperio Romano ſubditis, a. U. 427 et an C. N. 324, ſuſcepta. Deſinunt in Romanoru legatione ad Pyrrhum, Epirotarum regem, reddendis captivis, a. U. 473, ante C. N. 2 ſuſcepta. Quin et alia quaedam ſuperſunt e cerpta; quae incipiunt a Romanorum in Tuſc lanos, quorum oppidum a Latinis occupatu a. U. 379, armis recuperaverant, lenitate: fi untur in Pyrrhi clade, quam, poſt repetitum Sicilia in Italiam tranſitum, a Romanis tande bello ſuperatus, accepit a. U. 478. — Dion ſius non bonus tantum Hiſtoricus fuit, ſed etia Rhetor diſertus et Criticus nobilis; quod oſte dunt opuſcula ejus, quae ſuperſunt, de charact ribus antiquorum oratorum et hiſtoricorum, Thucydide etc. Eam illi laudem Scaliger tr buit, quod accuratius ac, ut ita dicam, religi ſius tempora nemo obſervavit. Livio aliisqu

Roma

Romanis hiſtoricis in eo praefertur, quod plura, ...am illi, ſcribat, et diligentius enarret, quae ad ...tum Romanorum politicum et domeſticum ...tinebant. Graecis cum ſcriberet, multa, quae Latini, quaſi ſibi pervulgata, neglexerunt, v. c. ...ificia, ludos, triumphos, magiſtratuum inſig-...tum univerſam Romanorum in gubernanda ...diſciplinam, cenſum, auſpicia, comitia, to-...que populi difficilem in claſſes ac tribus par-...onem, poſtremo ſenatus auctoritatem, juſſa ...is, magiſtratuum imperia, populi poteſtatem, ...ius ac plenius expoſuit. Quae ut planius ...gerentur, Graecorum leges ac ritus cum ...anis inſtitutis comparat. Quod ſi Dionyſii ...ria integra exſtaret, nihil eſſet, cur Varronis ...ros quaereremus; huic enim Dionyſius, ...praeterea Pompejo ac Tuberoni tanta fuit non ...t benevolentia, ſed etiam familiaritate con-...us, ut ab eorum colloquiis praeclara omnia ...ile videatur. Laudant in eo peritiores ...eci ſermonis moderatum dicendi genus at-...e Atticam puritatem; nam ſtylus Dionyſii, ...admodum loquitur Photius (in Bibl. cod. ...XXIII) gratam ac decoram habet novitatem; ...onis elegantia, per ſe culta et ſuavis, rerum ...ularium narratione, et quibusdam jucundiſ-...digreſſionibus exornatur, quibus dictio quo-...leniri poterat, quae in aſperitatem abiiſſet. ...o quibusdam fuerunt orationis Dionyſia-...circuitiones et anfractus longaeque in utram-...partem diſceptationes: qua tamen in re mul-...temperantius peccavit Thucydides. — Edi-...s praeſtantiores ſunt: *Hudſoniana*, opera ...yſii omnia complectens, *Oxoniae* 1704. ...omi in fol. et *Reiskiana*, omnia etiam ſiſtens, ...ece et Latine, cum adnotationibus Henr.

K 4 Ste-

Stephani, Frid. Sylburgii, Franc. Porti, Iſ. Caſauboni, Fulv. Urſini, Henr. Valeſii, Jo. Hudſoni et Jo. Jac. Reiskii. *Lipſ.* 1774. III Voll. in 8 mai. Habemus etiam Chreſtomathiam Dionyſianam, hac inſcriptione inſignitam: *Dionyſii Halicarnaſſenſis* Archeologiae Romanae, quae ritus Romanos explicat, ſynopſis. Adornavit, animadverſiones interpretum ſuasque et indicem in uſum tironum locupletiorem adiecit *David Chr. Grimm*, A. M. et Lyc. Annaemontani Rector. Acc. Auctaria quaedam. *Lipſ.* 1786. 8 mai. Nova ineſt textus Dionyſiani recenſio, non feſtinata, ut Reiskiana. — Inter verſiones eminet *Latina* SIGISM. GELENII, *Lugd.* 1555. II Voll. in 12. *Francogallica* FRANC. BELLANGER, qui et notas hiſtoricas, geographicas, chronologicas et criticas adiecit, *Pariſ.* 1723. II Voll. in 4. *Anglica* EDUARDI SPELMANI, *Lond.* 1758. 4. *Theotiſca* JOH. LAUR. BENZLERI, *Lemgoviae* 1771. 1772. IV Voll. in 8. De qua verſione paſſim negligenter ſcripta, inſpiciatur *Philologiſche Bibliothek* T. I. p. 431-437. T. II. p. 314-322.

Cf. HENR. DODWELLI Diſſ. de aetate Dionyſii Halicarnaſſei, adiecta tomo II edit. Hudſonianae.

COUTURE *Diſſ. ſur un endroit du ſecond livre de Denys d'Halicarnaſſe;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. IV. p. 573-588. Diſquiritur diviſio religionum et ſacrorum, a rege Numa inſtituta. *Explication d'un endroit difficile de Denys d'Halicarnaſſe par M.* BOIVIN *l'aiſné;* ibid. T. II. p. 319-329.

Ejusdem *Chronologie de Denys d'Halic.* ibid. p. 373-384.

Ejusdem *Epoque de Rome ſelon Denys d'Halic.* ibid. p. 400-409. Dionyſium errorem duorum annorum, ſi epocham Varronianam ſequaris, commiſiſſe, probatur.

TITUS

TITUS LIVIUS, *Patavinus*, cultiſſimus uber- Livius.
usque rerum Romanarum ſcriptor, natus eſt
mp. CLXXX. a. 2; Urbis Romae 695; ante
N. 59. Obiit annum aetatis agens LXXVI,
U. C. 770, (al. 771.) a C. N. 18. (al. 19.)
riam *Romanam* ſive, ut ipſe L. XLIII. cap.
appellat, *Annales* ab Urbe condita ad bellum
manicum mortemque Druſi, h. e. ad annum
ſ ante C. N. 7. perſecutus eſt libris CXLII,
s ſcripſit aliquot et forte pluribus, ut vide-
annis poſt clauſum ab Auguſto Imp. prima
templum Jani, cum ille anno Urbis 725.
na Actiaca M. Antonium viciſſet. Ex il-
exſtant plures hodie, quam XXXV, cum
entis. Prima librorum decas, qua origines
s hiſtoriaque uſque ad a. 460. comprehen-
r, integra ſupereſt. Secundam decadem
a tempora nobis abſtulerunt. Sequentes,
ibus nonnulli ſunt mutili, a libro viceſimo
o ad quadrageſimum quintum, quibus hi-
a ab initiis belli Punici ſecundi, quod a. 536.
t, ad a. 586. perducitur, ſuperſunt. Reli-
bri, qui exceperunt quadrageſimum quin-
omnes proh dolor! perierunt. Fragmen-
ex libro XCI primum eruit e codice MScpto
ano, quondam Palatino, PAULUS JACO-
BRUNS, Profeſſor hiſt. litter. Helmſtadien-
m a. 1772. Romae verſatus eſſet, idque *Ham-*
promulgavit 1773. fol. Eodem anno idem
entum ex cod. reſcripto deſcriptum et re-
um a *Vito Maria Giovenazio et P. J. Bruns*
edis vetuſtiſſimis bibl. Vaticanae, cum ejus-
Giovenazii in idem fragmentum ſcholiis,
FRANCISCI CANTELLERII, *Romae* pro-
Repetitum eodem anno cum praefatione

J. A. Erneſti, *Lipſ.* 8. *) *Joh. Ihre*, Eque
Profeſſor Upſalienſis, idem edidit notisque
cis illuſtravit, *Upſal.* 1776. 4. Inſignis tot li
rum operis Liviani — deſiderantur enim CVI
jacturae variae afferuntur cauſſae, quarum v
ſima videtur operis magnitudo, quae manu
patientiam librariorum fatigaverit, multosqu
emendo libro cariſſimo retinuerit. Num i
dia Caligulae, jubentis, omnes libros atque i
gines Virgilii et Livii ex bibliothecis amov
teſte Suetonio in Calig. c. 34, operibus Li
nis multum attulerit damni, merito dubit
Bellicae contra direptiones et ſtulta ſimulata
Gregorii I, Pontificis Romani, religio vel p
ſuperſtitio, qua motus, teſte Antonino Flor
no (Parte IV *Summae Confeſſionariorum* Ti
cap. 4.) omnes Livii libros, quia multas con
rent religiones fabulasque chriſtianae doctr
noxias, diligenter conquiri et poſtea com
juſſit, multo plus contuliſſe videntur ad in
tum tot librorum Livianorum. Qui vero
ſtant, illi non uno eodemque tempore ab in
tu vindicati ſunt, paullatim lacunis aliquo
variis codicibus expletis. — Non vero heri
mum aut nudius tertius, ſed ſub ipſa ſtatim
naſcentium litterarum incunabula lectores et
miratores invenit Liviani ſtili dignitas ac m
ſtas, qui nequidquam territi fatorum in muti
do divino opere petulantia dicam, an inj
ſuperſtitum reliquiarum cauſſam tuerentur,
vel in ſcholis eas praelegerent, vel typis nit
ſimis deſcribi curarent. Inter Italos enim
ubi a Franc. Petrarcha diſcedamus, quem

*) Cf. Gattereri hiſt. Journal. T. VII. p. 241 ſq
(HERELII) recenſus fragmenti in (Meuſelii)
geſetzten Betracht. über hiſt. Schriften. T. I. p. 42

ſaltem induſtria Livium tractaſſe ferunt — lures iſthoc nomine commendare licet; in s autem *Victorinum Feltrenſem*, aevi ſui So- m, qui Patavinos theſauros in Academia uana ingenti hominum admiratione et fama s aperuit. A cujus ore cum pependiſſet mdiu *Johannes Andreas* ſ. ut rectius voca- *Ant. de Buxiis*, Alerienſium poſtmodo adeo ineſcatus fuit ſcriptoris elegantiſſi- iis captusque, ut haud prius quieſcen- bi putaverit, quam Romae a. 1470. Ven- praelo duobus tomis in folio, ut vocant, et Livium, auſpiciis ac liberalitate Paulli tificis Romani, et Marci, Cardinalis a S. o dicti, potiſſimum adiutus. Enim vero in a dedicatoria ad modo laudatos bonarum utores Livii praeconem agit eo verbo- flumine atque ornatu, ut facile intelligas, ſingulare fuiſſe ipſius erga hiſtoriae Ro- ae principem ſtudium. „Herculem, inter quit, merito hiſtoriarum dixerim, qui ala- bique incedens, robuſtus et floridus nulla difficultate, nullo obrutus pondere ſupera- Non illum varietas confuſum, non ſimpli- iſtoriae faſtidientem reddit. In tenui, quod pe accidit, atque humili rerum materia el exſanguis, aridus et jejunus: in copia et magnitudine turgeſcens non exit ac va- plenus citra tumorem, aequabilis ac lenis ollitiem, nec luxurioſe effluens nec nimia te tabeſcens. In aſperis rebus non ſale- s, neque languens in mollibus, non violen- racta oratione ſubſultans. Non ita tamen s, ut nimius, neque ita ſuavis, ut laſci- nec adeo lenis, ut remiſſus, non ſic triſtis, cridus neque ita ſimplex, ut nudus, aut adeo

adeo comtus, ut affectata compoſitione cal-
ſtris videatur inuſtus; par verbis mate
par ſententiis rebus. In re geſta exprim
gravis atque magnificus, et tamen ſuccinctu
proprius; in narratione naturalis et ſemper
ſpectatus, ordinem minime confundens et re
eventa non praecurrens. Minime in gra
adulator aut reprehendendo parcus in ver
non amore laetus in noxam. Ipſi quoque
natui, ordini illi orbis terrae moderatori v
rando, populoque Romano, terrarum prin
vel temeritate praecipiti, vel errore lapſo,
quacunque forte ratione ſupra modum juſ
que evecto nequaquam parcens. Res etiam
verſariorum debita commendatione non de
dans, ut modo narrator tantum, modo c
eſſe videatur, atque ita ſeverus et tetricus
ne cenſoribus quidem graviſſimis, quibus
Romae ſanctius fuit, ubi facto uſus fuit, us
ignoverit.“ *Quinctilianus* (Inſt. Orat. X
Livio tribuit *lacteam ubertatem* *); eodemqu
co: „Nec, inquit, indignetur ſibi Herodotu
quari T. Livium, cum in narrando mira ju
ditatis, clariſſimique candoris, tum in conc
bus, ſupra quam narrari poteſt, eloquentem
dicuntur omnia, cum rebus, tum perſoni
commodata: ſed affectus quidem, praecipue
qui ſunt dulciores, ut parciſſime dicam,
hiſtoricorum commendavit magis.“ Liviu
men ab omni vitiorum culpa, ſaltem ſuſpi
liberum eſſe, dici nequit. Haud pauci t
fuerunt, qui in carpendo illo excederent
dum. Quare non defuerunt, qui gravia il
dicia vel refutarent vel mitigarent. Pri

*) De qua exſtat JOH. HENR. PARREIDT
tatio ſingularis. *Lipſ.* 1746. 4.

n obiecit illi *Aſinius Pollio*, acerrimus et ini-
s popularium ſuorum cenſor, Patavinitatem,
ua, quid ſit, et quatenus Livio imputari
t, varie inter eruditos diſputatum eſt. Quam
overſiam egregie expoſuit atque definivit
GEORGIUS MORHOFIUS in libro *de Pa-* Morhof.
ate Liviana; ubi de urbanitate et peregrini-
rmonis Latini univerſe agitur. Kilonii 1684.

Eo autem ordine in delenda Patavinitatis
a Morhofius verſatur, ut alienas de hoc vi-
ere ſententias probe examinet ante et re-
at, quam, quid de ejus qualitate, origine
veritate ſibi videatur, exponit. Cum enim
vinitatem alius de Pompejanarum partium
o; nonnulli de Gallicae nationis odio; vi-
alii de patriarum laudum affectatione,
Patavinorum res geſtas aliorum rebus adeo
miſſet Livius; quidam de orthographiae pe-
tate, et *ſibe, quaſe* v. c. pro *ſibi, quaſi* ſcri-
ratione, interpretarentur; neque defuerint,
n pronunciatione verborum incondita, vel
e in grandi dictionis charactere, quaeren-
d ſcommatis putaverunt; opiniones ſingu-
m auctoribus ſuis ſub cenſuram licet non
n loco, vocat, et rationibus idoneis redar-
ex antiquitate et hiſtoria depromtis. Quo
mentorum genere ſublato, ad rem ipſam
amque ſententiam explicandam accedit pro-
et in oratione ac dictione ipſa vitium hoc
m a Pollione fuiſſe ſtatuit, motus Quincti-
dis, quae capite quarto curatius expen-
Non paucos porro in ſcenam ubi pro-
t, qui auctoritate Pollionis ad ſiniſtra de
latinitate judicia abrepti fuerant; occaſio-
nem

* Recuſus inter ejusd. diſputt. acadd. *Hamburgi* 1699
et in Vol. VII. edit. Livii Drakenborchianae.

nem huic convitio illam potiſſimum dediſſe
monis diſcrepantiam, quae notata olim Ro
nos inter et Oppidanos fuerat; in quonam
banitas et Peregrinitas Latinae linguae conſi
maxime, quisve proprius et nativus utrius
color in genere ſit, disquirendum ſibi ſumit.
Igitur, concludit denique, leve aliquid et nu
torium, in quo illa Patavinitas conſiſtit,
quod potius duxerim, mera aliqua calumnia
non ex rei veritate, ſed a ſupercilio et inv
Pollionis animo profecta.

Gravior Livii accuſatio eſt partium ſtudi
ſuſpectaque fides. Quo in argumento maxi
Parreidt. verſatur JOH. HENRICUS PARREIDT —
enim eſt auctor, non vero *Joecherus*, qui ſol
praeſidis vice functus eſt — in diſſertatione
ſuſpecta Livii fide. *Lipſ.* 1743. Recuſa in
VII edit. Drakenb. Is igitur probare ſtudet,
vio ſubſidia defuiſſe, quorum ope certam ac
ratamque antiquae Romanorum hiſtoriae adq
rere potuiſſet notitiam; eundem ſaepe hauſiſſ
fonte corruptiſſimo, e traditionibus, a majori
veluti per manum Livio traditis; ipſum ſcili
(L. VII. cap. 6.) dicere, fama rerum ſtand
eſſe, ubi certam derogaverit vetuſtas fide
Idem notat Livii ſuperſtitionem, Tolandumq
de quo poſtea, confutare ſtudet. Agit po
de negligentia Livii, et maxime de ejus ni
dubitationibus variisque contradictionibus; t
etiam de temporum erroribus et rerum ne
ſariarum intermiſſione. Demonſtrat deniq
eundem nimium laudare populum Roman
dedecora popularium ſubinde diſſimulare, exe
pla, quae vituperanda fuiſſent, laudare, an
ſuis nimium favorem exhibere, eumque ho
po

populi Rom. odio habere et in iis vituperare ea, quae in ſuis laudet.

Attamen Livius etiam defenſores nactus eſt. Qui a ſuperſtitionis crimine eum liberare ſtuduit IOH. TOLANDUS in libro, quem inſcripſit: *Adeiſidaemon*, ſive Titus Livius a ſuperſtitione vindicatus. Annexae ſunt ejusdem origines Judaicae *). *Hagae Comit.* 1709. 8. Primum in genere diſputat, Livium in operibus ſuis hiſtoricum egiſſe, a quo muneris ratio omnino poſtularet, ut res, ad religionem Romanorum ſpectantes, aeque recenſeret, ac res geſtas regum et conſulum. Inde vero non poſſe colligi, illum ſuperſtitionis peſte fuiſſe infectum. Deinde nonnulla ex ipſo Livio adducit loca, unde demonſtrare contendit, eundem non ſolum ab omni ſuperſtitione fuiſſe valde alienum, ſed et habuiſſe totam religionem patriam pro pulcherrimo politicorum commento, in magiſtratuum ſubſidium et ſacerdotum emolumentum excogitato. Porro Livium, aſſerit, ipſos Deos, ne excepto quidem Romanorum numine tutelari, pro meris habuiſſe figmentis, immo eundem quoque miracula et praeſagia nihili feciſſe. Cf. Acta Erud. a. 1709. p. 248 ſqq. Toland.

Tolandi ſententiae — leviter — ſe oppoſuit CHRIST. GUIL. BOSIUS in Schediaſmate, quo Titum Livium ſuperſtitioſe antiquitati difficilem ſiſtit. *Lipſ.* 1739. 4. Boſe.

Livium defendit SEBASTIANUS CHRISTOPH. SCHVABIUS, Paedagogii regii Ilſeldenſis Conrector, in eleganti doctaque proluſione, inſcripta: vindiciae credulitatis Livii, cujus ob ſaepius relata prodigia inſimulatur. *Goettingae* 1773. 4. Schwabe.

Huc etiam pertinet JOH. FRIDERICI ESCHENBACHII Eſchenbach.

*) De quibus v. ſupra Vol. I. P. II. p. 208.

BACHII Diſſ. qua fides Livii defenditur adve
Joecheri (*Parreidti*) aliorumque objectio
Lipſ. 1773. 4. Referri quoque huc poteſt j

Eckhardt. FRIDR. ECKHARDTI proluſio de comparati
Alexandri M. cum imperatoribus Rom. a L
L. IX. cap. 17. facta. *Iſenaci* 1760 4.

Recenſum editionum operis Liviani co
ſum exhibuerunt ſcriptores varii, v. c. *Fabri*
Drakenborchius in editionis ſuae tomo ult
Frankius in Catalogo bibl. Bunav. (T. I. Vo
p. 296 ſqq.) et *Harleſius*; copioſiſſimum, edit
Livii Bipontini, quos tamen fugit editio, q
Auguſtae Taurinorum a. 1731 et 1732. IV V
in 8 prodiit. Nos ſolummodo praeſtantiores
parabiliores commemorabimus. Eam quid
primo loco, quae cum perpetuis *Caroli Sig*
et *Joh. Frid. Gronovii* notis prodiit, quam
Gronovius notis probavit et aliorum notas a
cit, *Amſtel.* 1679. III Voll. in 8. Repetita
dem anno *Cantabrigae* in 8, et *Baſil.* 1740
Addi tamen debet liber novus obſervatior
Gronovianarum, *Daventriae* 1652. 12, ſive l
quartus in altera harum obſervationum editio
a Frid. Platnero, Lipſ. 1755. 8. curata; in
permulta Livii loca copioſius et diligentius ex
tiuntur atque explicantur. Livium edidit ex
cenſione Gronoviana *Thomas Hearne*, plur
codd. MSS. lectiones diligenter excerpſit, p
caſque adiecit notas, cum Dodwelli diſſerta
ne de fragmento quodam Liviano et Dujatii ſ
plementis, *Oxon.* 1708. VI Voll. in 8 — Ed
Joh. Clerici, cum integris *Joh. Freinshemii* ſ
plementis, emendatioribus et ſuis locis collo
tis, tabulis geographicis et copioſo indice, p
diit *Amſtel.* 1710. X Voll. in 8. Eadem c
Joh. Matthi. Geſneri praefatione de lectione
t

tria et curſoria, ſine ſupplementis, at vitioſe, *L.* 1735. 8. — Gronovianum textum, ſed ..., licet perpaucis, ex MSS. et edd. pr. correctum, reddidit *J. B. L. Crevier*, cum ſupplementis Freinshemianis, *Pariſ.* 1735 — 1741. V Voll. in 4 mai. Paucas notas ſubiecit; longiores diſſertationes reiecit ad operis calcem. Idem *Crevierus* edidit Livium ex priore recenſione, cum ... uſui ſcholarum accommodatis, *Pariſ.* 1746. VI Voll. in 8. — Pleniſſima et doctiſſima, multis ornamentis locupletata non minus, quam ..., eſt editio *Arnoldi Drakenborchii*, *Lugd. Bat.* 1738 — 1746. VII Voll. in 4 mai. Baſis ... eſt contextus Gronovianus, at quam ... locis vel purgatus a mendis typographicis, vel ad optimos codices atque editiones ... et emaculatus. Quidquid ad emendationem melioremque expoſitionem Livii tam criticam, quam grammaticam et hiſtoricam conferre potuit, id ſedulo congeſſit editor, atque ... in notis exquiſitae latinitatis artisque critic... theſaurum, conjunctis animadverſionibus Si..., Gronovii, Perizonii et Dukeri. Neque ... diffitendum eſt, immenſam Gronovii et Drakenborchii diligentiam ſtudiumque maxime ... nondum effeciſſe, ut nulla omnino ul... reſiderent. Ultimus tomus, praeter am... Drakenborchii praefationem et multorum ...orum editorum praefationes ac dedicatio..., nec non indices utiles et copioſos, habet ... libellos, partim ad hiſtoriam Livii, partim ... quaedam illuſtranda pertinentes. — ...borchii recenſionem fecit baſin *Thomas* ... in nitida editione Livii, ad optimas ... — ut in fronte libri dicitur — caſti..., *Edimburg.* 1751. IV Voll. in 12. Recuſa in

Belgio — Drakenborchiana recenſio eſt qu
que fundus editionis, quam paravit *Aug. Guil. E
neſti*, Prof. eloq. Lipſienſis, adjectis varietate l
ctionum Gronovianae et Crevierianae, indice
Livii hiſtorias et Gloſſario Liviano, *Lipſ.* 176
III Voll. in 8. *ibid.* 1785. V Voll. in 8. — Ex r
cenſione *Lallemandi* Livius prodiit *Pariſ.* ap. Ba
bou 1775. VII Voll. in 12 mai. Editionibus Dr
kenborchiana et Creveriana in primis Lallemand
uſus eſt. Addidit fragmentum Brunſianum.
Bipontina 1785. XII Voll. in 8 mai. — Mini
contemnenda, ſed proh dolor! non ad finem
editoris mortem praematuram perducta eſt, qu
paravit et animadverſionibus illuſtravit, editio *F
derici Andr. Stroth*, Gymnaſii Gothani Rect
Volumen primum prodierat *Lipſ.* 1780. 8.
cum redemtor Lipſienſis opus coeptum contin
re nollet, curam redemtionis in ſe ſuſcepit Ett
gerus, librarius Gothanus honeſtiſſimus, qui eti
primum volumen repeti curavit *Gothae* 1784. (
editioni quaedam annotationes novae ſunt a
ctae.) Volumen ſecundum antea iam typis
preſſum erat *ibid.* 1783. Succeſſit tertium in li
XXV deſinens, *ibid.* 1784. 8. — Chreſtomath
Livianam in uſum praelectionum academicar
et praecipue ſcholaſticarum edidit *Carol. I
Bauerus*, Schol. Evang. ad Hirſchbergam Rec
Lauban 1770 8. Aliam chreſtomathiam cur
Mart. Frid. Soergelius, Prof. Brunſvicenſis,
epigraphe: Livius pro prima claſſe gymnaſio
ſcholarumque Latinarum ita excerptus, ut intra
ni ſpatium praelegi poſſit, et ſimul hiſtoria in c
nexione cum fide, ingenio ſtiloque Livii guſt
Lemgoviae 1771. 8. Deſinit in libro XXII. S
ceſſit vero: Livius excerptus; editio noviſſi
totum Livium comprehendens. T. I et II. *Lem*
17

. 8. Inſertae ſunt epitomae librorum deperdi-
a, ſaſtique Liviani additi.

i verſionibus indicamus *Francogallicam*, cu-
a a PETRO DU RYER, ſaepe typis repeti-
v. c. *Amſtel.* 1696. VIII Voll. in 12. Me-
m, a *Guerino* et *Coſſono* elaboratam. *Pariſ.*
9 — 1772. X Voll. in 12 mai. Verſio *Itali-*
Jacobi Nardii ſaepe typis repetita fuit v. c.
it. 1562. fol. *Theotiſca Joh. Franc. Wagneri*,
I et II. Lemgov. 1776. 1777. T. III. IV. V et
a *Georg. Chriſti. Eberhard Weſtphal* ibid. 1779.
. 1784. 1785. 8.

...*mas* librorum Livianorum, ſive *breviarium*
...*ii*, quod notis Sigonii, Martini Antonii Del-
...h. Dujatii et J. F. Gronovii illuſtratum ha-
... etiam eorum librorum, qui interciderunt,
... forte 136 et 137 exceptis, a *L. Annaeo*
... ſcriptum eſſe vulgo exiſtimatur, cum cu-
...s quatuor epitomes rerum Rom. ſaepiſſi-
...odiit: etſi vel ideo, quod in his ſubinde
...o diſſentit, nonnulli duos diverſos volue-
Floros comminiſci: alii vero ſuſpicati ſunt,
...m ipſum, ex more veterum, epitomas illas,
...indices, praefixiſſe ſingulis libris, quae dein-
...m altera epitome rerum Rom. confundi,
... adeo ad Florum auctorem referri facile
...int. Harum epitomarum non ſolum in
...is Flori editionibus, ſed etiam in recentio-
... Livii editionibus, ut Gronovianis, cura eſt
..., diligentiſſime autem in Drakenborchiana,
... et Sigonii Delriique, et Dukeri ipſius-
Drakenborchii notae egregiae acceſſere.

...ditos Livii libros ingenio quodammodo re-
...vir doctiſſimus JOH. FREINSHEMIUS, ar- Freinshemius.
...mo eorum ex epitomis petito, et adhibitis
...is et Latinis, quae exſtant, monimentis,

 ex-

explicato tanta induſtria et felicitate, ut ipſe no
dubitet profiteri, ſe neutiquam metuere, ne qui
ex omnibus his ſcriptoribus, qui ſunt in hominu
manu, aliquid efficiat in hoc genere concinniu
copioſius, verius. Primi decem libri Chriſtiana
reginae Sueciae dicati, viderunt lucem *Holmi*
1649. 12. Libri ſexaginta deinde *Argent.* 1654.
Denique adjunctis XXXV poſthumis, quos a
haeredibus Galli redemerant, univerſi libri XC
ſupplementorum vulgati ſunt a *Joh. Dujatio*, i
editione Livii ad uſum Delphini; *Pariſ.* 1679 -
1681. V Voll. in 4 *). Sed vulgati tum ſunt pa
rum emendate; correxit Crevierius in editio
Livii ante laudata.

Praeter ſcripta recentiorum paullo ante allat
quibus Livio lux diverſo modo affertur, reſta
nonnulla alia. Sunt autem duplicis generis: alt
rum eſt criticum et grammaticum: alterum, po
ticum et hiſtoricum. Prius nos pro ſcopo noſt
mittimus: e poſteriore de ſequentibus referre lice

Macchia-velli. NICOLAI MACCHIAVELLI *Diſcorſi ſopra prima Deca di T. Livio.* In Vinegia 1532. 8. ib
1534. 8. ibid. 1554. 12. In Firenze 1543 et 15
4, ſaepiusque, ut et in ejus operibus *Venet.* 154
III Voll. in 4. (in Geneva) 1550. 4. *Florent.* 15
4. Palermo 1584. 8. ſ. l. 1679. IV Voll. in 1
(primo inſunt commentarii in Livium) *Hag. Com*
1726. 8. (Parte tertia). *Mediol.* cum *Joh. M*
Stampae annotationibus, 1732. III Voll. in
Londini (ſ. potius *Florent.*) 1747. 4 mai. *Coſmo*
i. e. *Florent.* 1770. VIII Voll. in 8. (Quae edi
et recentiſſima et locupletior caeteris). Et in
blime Scuola Italiana, a *Joſepho de' Valenti* edita (
volini et Stralſundiae 1786. 8.) Vol. I et II. *Bel*
ſ. l. 1615. 8. *Latine* ſub titulo: Diſputationum
re

*) Cf. Acta Erud. a. 1683. p. 86 ſqq.

republica libri III. *Momptelgarti* 1599 8. *Francof.* 1619. 12. *Marpurgi*, cum notis Reiſenbergii 1620. 8. *Lugd. Bat.* 1649. 12. *Anglice* in Opp. *Lond.* 1674. fol. *Francogallice* Amſtelod. 1691. 12. Et ſub hoc titulo: *Reflexions de Macchiavel ſur la première Décade de Tite-Live. Nouvelle traduction, précédée d'un diſcours préliminaire; par M.* D. M. D. R. *à Paris* et Amſterd. 1782. II Voll. in 8. *Theotiſce (a Joh. Georgio Scheffner)* Gedani 1776. III Voll. in 8 min. — Omni aevo, etiam hodierno adhuc, magni aeſtimati ſunt, ob profundam rerum politicarum ſcientiam, hi Macchiavelli commentarii in primam Livii decadem. Egregie luculenterque et magno pro libertate animo tradit auctor ſententiam ſtatus popularis. Quomodo in reſp. ad antiquorum Romanorum imitationem actiones omnes bene maleve inſtituantur, oſtendit. Itaque non innoxia ſolum ſunt, ſed cedro digniſſima. Livii mentem Macchiavellus, pro ingenii et doctrinae divinitate, acute perſpexit formamque reip. Romanae. Recentiores ſaepe Macchiavelli ſententiis uſi ſunt easque pro ſuis venditarunt, v. c. *S. Evremontius*, *Monteſquius*. Non tamen omnia in libro iſto eſſe probanda, quo praecipue contra principia ethices, nec Macchiavellum omnes hiſtoriae Romanae partes rectiſſime perſpexiſſe, alii iam monuerunt. Digna, quae legatur, cenſura in hunc librum exſtat in Ephemerid. Goetting. 1776. p. 940—944.

ANTONII CICARELLI DA FOLIGNO (D. theol. et hiſtoriographi † Romae 1599.) *Diſcorſi* (LVI) *ſopra Tito Livio.* In Roma 1598 (falſo alias anni 1548 et 1589 adſcribuntur) 4. Cicarelli da Foligno.

CASPARIS FACII (*Conſiliarii aul. Altenburgenſis* † 1646.) Politica Liviana ſ. diſſertationes in Livium. *Altenb.* 1613. 8. *ibid.* 1617. 4. *Lipſ.* 1662. 4. Facius.

Reifenberg. JUSTI REIFENBERGII (*D. juris Herborn. Rintel. Brem. et Franequerenſis* † 1631.) monita, exempla, conſilia politica ſ. Diſſertationes ad Livium. *Francof.* 1619. 8.

Dorn. GEORGII MARTINI DORN ſpecimen inſtitutionis politicae Livianae. *Gieſſae* 1657. 8.

Scheffer. JOH. SCHEFFERI in librum I. Livii exercitationes VII. *Upſal.* 1665. 4.

Zabarella. GIACOMO ZABARELLA *Tito Livio Padovano, ovvero hiſtoria della gente Livia Romana e Padovana e della Sereniſſ. famiglia Sanuta Veneziana, dove ſi vera cognizione delle più belle hiſtorie ed antichita di Roma, di Padova et di Venezia.* In Padova 1669. 4.

Thomaſini. JACOBI PHILIPPI THOMASINI (*D. Theol. et Epiſcopi Civitatis novae in Iſtria* † 1654.) Vita Titi Livii Patavini. *Patav.* 1630. 4. Editio aucta, emendata et figuris aeneis adornata *Amſtel.* 1670. 12. Eadem vita adjecta eſt, una cum variis elogiis in Livium, *Eliae Conſtantini von Traven Schroedet* Faſtis Romanorum Livianis. *Gedani* in 4; et exſt inter *Joh. Gerh. Meuſchenii* Vitas ſummor. dignitate et eruditione virorum (*Coburg.* 1738. 4.) T. III p. 99 ſqq. et in editione Livii Drakenborchiana T. VII. p. 4 ſqq.

Moller. DAN. GUIL. MOLLERI Diſſ. de T. Livio *Altorf.* 1688. 4.

B. d. l. *La Vie de Tite Live par M.* B. d. l. in *Nicerons Mém.* T. V. p. 156 — 182.

Pignorius. LAUR. PIGNORII Defenſio Liviana contra Paul. Benium (ſcripta a. 1627;) in Pignorii Symbolis epiſtolicis, Epiſt. XLIV. *Patavii* 1629. 8.

Flavius. PTOLEMAEI FLAVII Obſervatio brevis de Patavinitate Livii; in *Gruteri* Lampade ſ. Face artium liberal. T. I. p. 972 ſqq.

Bouhier. JOH. BUHERIUS de Patavinitate Liviana; in Livio Drakenb. T. VII. p. 80 ſqq.

JAC

JAC. FACCIOLATI Epiſtola de T. Livii Patavinitate; in *ejus* Orationibus et aliis Opuſc. (*Patav.* 1744. 8.) p. 436, et in editione Livii Drakenb. T. VII. p. 244 ſqq. Facciolati

HENR. CHR. CRELLII de Titi Livii dictione Progr. *Francof. ad. Viadr.* 1729. 4. Crell.

Idem de Tito Livio, aptiſſimo ſtili cultioris magiſtro. *ibid.* 1732. 4.

Diſſertazioni II di un Socio Colombario in difeſa di Tito Livio, che narra varii prodigii nella ſua ſtoria; in *Memorie della Soc. colomb. Fiorent.* (Firenze 1747. 4.) Vol. I. p. 97 ſqq. Differtazioni etc.

RENATI RAPIN *Comparaiſon de Thucydide et de Tite Live;* in ejusd. Opp. (*Hag. Com.* 1725. 12.) T. I. p. 160 ſqq. Rapin.

HENR. DODWELLI Diſſ. de fragmento Livii, in membranis Laudinis reperto; in *Thomae Hearne* edit. Livii T. I. p. 210 ſqq. et in editione Livii Drakenb. T. VII. p. 182 ſqq. Dodwelli.

DE LA CURNE DE STE. PALAYE *Obſervations ſur quelques chapitres du ſecond livre de la premiere décade de Tite-Live;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. VIII. p. 363 — 371. Livius cum Dionyſio Halic. in exponenda hiſtoria annorum a. U. C. 253 — 258. conciliatur. de Ste. Palaye.

SOUCHAY et SCHOEPFLIN *ſur un fragment de Tite-Live, envoyé à l'Académie;* ibid. T. IX. p. 71 — 85. Suppoſititium eſſe fragmentum Klockianum, quod appellant, demonſtratur. Varia ſimul monentur de Livii ratione in conſcribenda hiſtoria. Souchay et Schoepflin.

TERCIER *ſur le paſſage de Tite-Live qui donne l'origine des jeux ſcéniques à Rome;* ibid. T. XXIII. p. 149 — 155. Tercier.

SICCONIS POLENTONI Epiſtola de inventione oſſium T. Livii Patavini; in *Laur. Pignorii* Polentonus.

Originibus Patavinis c. 17. p. 121 ſqq. et in *Zabarellae* Tito Livio, modo laudato, p. 17 ſqq. Eadem epiſtola ex Polentoni MSto de illuſtribus ſcriptor. Lat. Linguae edita, in KAPPII Diſſ. de Polentono (*Lipſ.* 1733. 4.) p. 19 ſqq. qui et ibid p. 28 ſqq. erudite de Xicconianae epiſtolae argumento diſputat. Cf. LAUR. MEHUS ad *Ambroſi Traverſarii* Epiſtolas (*Florent.* 1759. fol.) p. 139.

Urſatus. SERTORII URSATI Epitaphii T. Livii in occidentali Praetorii Patavini parte erecti interpretatio; in *ejusd* Monumentis Patavinis (*Patav.* 1652 fol.) p. 27 ſqq. cf. p. 202; et adjecta eſt *Thomaſin* Tito Livio p. 103 ſqq. (edit. Amſt.) et exſtat in Livio Drakenb. T. VII. p. 17 ſqq.

Reuſch. ERHARDI REUSCHII Exercitatio de reip Rom. ortu ſub Aenea ad T. Livii L. I. cap. 2. Altorf. 1711. 4.

Green. GEORG. SIGISM. GREENII Diſſ. de nata terra prole ad T. Livii L. I. cap. 8. *Miſenae* 1741. 4

Müller. JOH. SAM. MULLERI Diſquiſitio de patrio J Bruti animo, ad locum Livii L. II. cap. 5 in *Homb vermiſchten Bibl.* Vol. I. P. V. p. 751 ſqq.

Zeibich. GOTTL. ERDM. ZEIBICHII de Jove Vicilino ad Livii XXIV, 44 quaeſtio conjecturalis; in *Miſcell. Lipſ. novis* Vol. IV. P. II. p. 313 — 365.

Hand. JOH. CHRIST HAND Libellus de Livio oratore. *Lipſ.* 1773. 4.

Briegleb. JOH. CHRISTI. BRIEGLEBII Diſſ. de Livio ejusque virtutibus. *Coburgi* 1778. 4.

* * *

Vellejus Paterculus. VELLEJUS PATERCULUS utrum CAII quod a plerisque ſuſtinet, an MARCI, an vero PUBLII praenomen habuerit, in incerto eſt. Ex equeſtri Romana familia oriundus, variis muneribus functus eſt. Primum tribunus militum in Thra-

Thracia fuit, hinc praefectus equitum in Germa-
a, exinde quaeſtor, inque quaeſtura, remiſſa ſor-
provinciae, legatus Tiberii bello Pannonico,
que primo Tiberii anno cum fratre Praetor
natus; quae univerſa de ſe ipſo narrat Vel-
s. Condidit anno 17 imperii Tiberjani, Ur-
783, qui erat Chr. 30, ſuccinctam hiſtoriam
anam, inſcriptam M. Vinicio conſuli, proge-
ro Tiberii Caeſaris. Duos in libros diſtributa
haec hiſtoria; quorum prioris, qui in per-
gendis breviter variarum gentium ante Ro-
am conditam rebus verſata fuiſſe videtur, par-
majorem, caput, finem, et in medio cap. 8.
tentorum annorum res deſideramus. Liber
erior hiſtoriam Romanam, ab Urbis origine
priore coeptam, perſequitur ad exceſſum
ae Auguſti conjugis, matrisque Tiberii:
o poſt, ut Dodwello viſum, quinquagenarius
us eſt a Tiberio ob amicitiam Sejani. In
aevi rebus nimis domui Auguſtae et Sejano
atur; ſunt adeo multi, qui foediſſimae adu-
nis et neglectae veritatis illum incuſent.
d vero ex metu factum fuiſſe credibile eſt,
itaret ſenem Tiberium, ſuſpicionis et cru-
atis plenum. Quoad caetera aeſtimatione
us videtur, quippe qui nonnulla tradit, quae
albi invenias. Singularis eſt profecto in
ibendis et veluti nota publica ſignandis ho-
um naturis ejus indoles. Non pauca inſe-
que ab inſtituto videbantur aliena. Dictio
e Romana eſt atque elegans, ingenioſa haud
o et arguta ad modum Saluſtii. „Meo ſane
io, inquit *Beatus Rhenanus* in prolegomenis
ae a ſe curatae Velleji editioni praemiſſis,
i ſecundus eſt Vellejus inter Latinos; tam
cultus ac nitidus in dicendo, mira ſtili jucun-

 ditate

ditate ac clariſſimo candore praeditus.[a] Fra
mentum Velleii, quod circumfertur, a *Wolf. I*
zio editum, ab eruditis dudum explosum
Cf. *Voſſius* de Hiſtoricis Latin. L. I. p. m. 120 ſ
Inter editiones hujus hiſtoriae Vellejar
eminent *Hudſoniana*, cum variis lectionibus op
marum editionum ſuperiorum, doctorum vi
rum conjecturis et caſtigationibus; praemittu
tur *Henr. Dodwelli* Annales Vellejani. *Oxon*
1693. 8 mai. *Burmanniana* prior *Lugd. B*
1719. 8: poſterior *ibid.* 1744. 8. Adjecti qu
que ſunt Dodwelli annales Vellejani. *Joh. Fr*
dericus Grunerus Vellejum recenſuit, et comme
tarium, maximam partem hiſtoricum, ſubie
Coburgi 1762. 8. Et huic editioni additi ſu
Dodwelli annales. Recentiſſimam editionem c
ravit *David Ruhnkius* duobus tomis *Lugd. B*
1779. 8 mai. Teſte quidem inſcriptione h
editio integras habet animadverſiones doctoru
ſed Grunerianae, profecto haud contemnend
omiſſae ſunt. Poſteriorem in tomum conjec
ſunt aliorum annotationes: prior omnis
Ruhnkenio, ſummo artis criticae magiſtro. (
Heynii recenſus hujus editionis in Ephem. Go
ting. a. 1779. Addit. p. 117 — 122 *).
contemnenda eſt editio *Bipontina* ſic inſcri
Vell. Paterc. noviſſime recognitus, emendatu
illuſtratus; praemittuntur H. Dodwelli an
Vellejani, ſtudiis ſocietatis Bipontinae. E
accurata. *Biponti* 1780. 8 mai. Additus eſ
dex omnium (LXXI) editionum et index h
ricus. — E verſionibus indicamus ſolumn
Francogallicam recentiſſimam, hac epigraphe
patam: *Abrégé de l'hiſtoire Grecque et Rom*

*) Nec curam vulgarem prae ſe fert cenſura amp
Allgem. teut. Bibl. T. XLIII. p. 528 - 558.

raduit du Latin de Vellejus Paterculus, avec le texte corrigé, de notes critiques et historiques, une [illegible] *des Editions et un Diſcours préliminaire, qui* [illegible] *la vie de l'Auteur; le jugement des critiques ſur ſon ouvrage; la notice raiſonnée de traductions et des editions qu'on en a données, et une eſ*[illegible] *de Supplément Latin et François de ce qui manque de Paterculus. Par M. l'Abbé* PAUL [illegible] eloquentiae Arelatenſis). *à Avignon* 1768.

De Dujatii hiſtoria Romana, in qua Velle[illegible] Francogallice reddidit ac ſupplevit, v. Sectio [illegible] capitis III.

Illuſtrationi Velleji inſerviunt ſcripta ſe[illegible]entia.

Vita Velleji Paterculi, per BEATUM BIL- Bildius
[illegible] RHENANUM ſcripta; praefixa Vellejo Rhenanus.
[illegible] 1520. fol. et in *Sylburgii* Scriptt. Hiſt. [illegible] T. I. p. 428 ſqq. et adjecta editionibus, [illegible]mannianae et Ruhnkenianae.

JUSTI LIPSII Vita Velleji, nomina, genus Lipſius.
ſcripta; praemiſſa ſunt Vellejo, ad calcem Ta[illegible] *Lugd.* 1593. 8. *Antverp.* 1607. fol. et *Pariſ.* [illegible] 4. et adjecta Vellejo Burmanni.

IOH. RIGUEZ Diſſ. de Velleji Paterculi ge- Riguez.
[illegible] vita et ſcriptis; praemiſſa Vellejo in uſum [illegible]hini. *Pariſ.* 1675. 4.

DAN. GUIL. MOLLERI Diſſ. de Vellejo Pa- Moller.
[illegible]. *Altd.* 1685. 4.

HENR. DODWELLI Annales Vellejani, ſeu Dodwell.
[illegible] Velleji Paterculi, pro temporum ordine diſ[illegible] Prodierunt una cum Dodwelli Annali[illegible] Quinctilianeis et Statianis. *Oxon.* 1698. 8. [illegible] etiam editionibus a nobis laudatis.

CHRISTOPH. ADAMI RUPERTI Obſerva- Rupertus.
[illegible] hiſtoricae, politicae, philologicae, criticae [illegible] C. Velleii Paterculi hiſtoriae Romanae libros II.

Ad-

Adjectae ſunt *ejusdem* Diſſertationibus ad Va
Max. *Norib.* 1663. 8.

Boecler. JOH. HENR. BOECLERI Charactères po
ci in Vellejo Pat. expoſitione quadam dem
ſtrati. *Argent*, 1672. 8.

Tilladet. *Abbé* DE TILLADET *Diſſertation au ſujet*
quelques endroits de Tacite et de Vellejus Pate
lus, où ces deux auteurs paroiſſent entièrement o
ſez ſur le meſmes faits; in *Mém. de l'Acad.*
Inſcr. T. II. p. 330 — 342. Diverſae narra
nes horum auctorum de Tiberio et Sejano
tiſſimum inter ſe comparantur et examinantu

Rechenberg. ADAMI RECHENBERGII Diſſ. de Livio D
ſo, Trib. plebis, ex Velleii II, 13. 14. polit
animadverſionibus illuſtrato; inter *ejus* Diſſ.
polit. p. 246 — 271.

Bernhard. DAV. BERNHARDI Diſſ. de auctoram
funebri M. Tullii Ciceronis necati, ad Ve
L. II. cap. 66. *Viteb.* 1720. 4.

* * *

Florus. In hiſtoriam reipublicae Romanae, quaſi
troducit L. ANNAEUS FLORUS *), cujus *E*
men rerum Romanarum libris IV habemus.
ve eſt rerum Romanarum compendium, in
bella potiſſimum et victorias Romanorum us
ad ſopita per Auguſtum bella civilia deſcr
Hanc autem narrationem potius per capit
ſpecies inſtituit, quam tempora, quare chro
logiae ratio ex eodem non eſt petenda.
ſtrium Romanorum nomina nonnunquam r
riuntur confuſa, idque vel ex auctoris neglig
tia, vel ex vitio librariorum. Caeterum la

*) Utrum Hiſpanus, an Gallus fuerit, haud li
Cf. *Hiſt. litter. de la France.* T. I. p. 255. Fl
tempore Imperatorum Trajani et Hadriani.

...r ab his, culpatur ab illis. Sunt, qui ejus ſi... hiſtoricam ſuſpectam reddant atque hanc ...tentiam plurimis exemplis probent: ſunt, qui ... quidem concedant, ſed Florum tamen non... , quae alias fruſtra quaeſiveris, narrare, aſ...ent. Alii ejus dictionem declamatoriam hi...oque indignam librumque a juvenum ocu...s amovendum eſſe ducunt: alii ejus ſtilum ...us egregium jactant. Sic *Chriſtoph. Colerus* ...piſtola de ſtudio politico, quam Aug. Buch...s Gabrielis Naudaei bibliographiae addidit; ...lo mehercule jucundius terſiſſimum illum ...m legas, quam Apellis tabulas intueare; ... compoſitus, ita elegans eſt. Miror judicium, ...i ubique cum ſubtilitate et brevitate ſenten...m in tanto rerum acervo et varietate inſe... Et *Voſſius:* „Stylus Flori in hiſtoria eſt ...amatorius, ac poëtico proprior, adeo, ut ...n Virgilii hemiſtichia profundat. Et tamen ... potiſſima eſt ejus laus, quod ſcriptor eſt ele...s et diſertus, et, ſi paucula exceperis, quae ...us dicta videntur, vere floridus.“ *Kretſch...mar* etiam, recentiſſimus Flori interpres, ſum...um extollit laudibus, omniaque fere, ab aliis ...s libro reprehenſa, excuſare vel defendere ...et. Omnes in eo peccaſſe videntur, quod ...n ſcopum non ſatis recte animadverterint ...ricumque illum eſſe juſſerint: cum vero po... rhetorem agat, quam hiſtoricum, qui non ... hiſtoriam populi Rom. condere voluerit, ... eundem panegyricum. Id quod probe per...it JOH. MICH. HEINZIUS, Director Gym... Vinarienſis, in proluſione de Floro non hi...co, ſed rhetore. *Vinar.* 1787. 4; et in ... Syntagmate opuſculorum ſcholaſt. *Goet...* 1788. 8. Heinzius.

Poſt

Poſt plures Flori editiones mediocres me huic ſcriptori fortuna rediit primum per Gr *vium*, qui illius epitomen edidit *Trajecti ad Rh* 1680. 8, cum notis ſuis eruditiſſimis et elegan ſimis, additis variis numorum veterum alioru que monimentorum iconibus. In hac editio multa bene explicata et elegantibus obſervatio bus illuſtrata. Sed in primis commendatur hi editio ob praefationem tum univerſam, tum q criſin habet orationis Flori. Repetita eſt ed Graeviana *Amſtel.* 1702. 8, additis aliorum no v. c. Salmaſii et Freinshemii, et receptis mu multorum correctionibus in contextum; qua aliasve ob cauſſas non magni aeſtimatur. Paul poſt, anno 1704, prodiit Florus *Laur. Begeri* B rolini in fol. ſive potius L. I et II Flori, ſplen dus ſane, et multis numorum et moniment rum figuris ornatus. De qua editione in bibli theca Latina Fabricio-Erneſtiana T. II. p. 4 ita judicatur: „Ait Begerus, ſe textum vulgatu accurate cum libris ſcriptis, in his Brandenbu gico, ſecundum regulas criticas contuliſſe et co rexiſſe, rationibus correctionum redditis in n tis; deinde et res et verba illuſtraſſe. In pr fatione porro Graevianam criſin de latinit Flori refellere inſtituit, nec ſine acerbitate ipſum. Sed in nulla parte res bene viro, in generi non indocto, ſucceſſit, apparetque, e magis in colligendo laborioſum, quam in ju cando explicandoque tritum et elegantem fuiſ quales fere tum erant in Germania, qui ſe haec ſtudia contulerant." Omnium optima editio *Caroli Andr. Dukeri*, facta *Lugd. Bat.* 17 8. Nam primum omnia ſuperiorum habet textu et in notis. Inſunt enim integrae Salr ſii, Freinshemii et Graevii, et delectae alioru

..ipſius non paucae ab omni parte, in judicio le-
..onis, verborum, rerum, elegantes et exquiſi-
..e. In praefatione ineſt egregia defenſio Grae-
..nae criſeos adverſus Begerum. Haec editio
..petita eſt non ſine auctario a. 1744. Parabilior
..editio *Joh. Frid. Fiſcheri* ex recenſione Graevii
..animadverſionibus ejusdem. *Lipſ.* 1760. 8.
..ceſſit, praeter Ampelium libellumque variarum
..onum, Fiſcheri praefatio, in qua de Flori epi-
..es ſatis uberius exponitur.

E verſionibus commemoramus *Anglicam*, quae
..n CXXI iconibus in aes inciſis prodiit *Lond.*
..715. 12. *Francogallicam* elaboratam ab *Amando*
..er. *Paul*, qui et Vellejum interpretatus eſt. . . .
..*ticam*, a *Carolo Frid. Kretſchmann*, actuario
..li Zittavienſi, *Lipſ.* 1785. 8. (Specimen
..s verſionis, cum praefatione, antea iam idem
..ruerat in *Canzleri* et *Meiſſneri* ephem. trimeſtr.
..r *ältere Litter. u. neuere Lectüre* T. I. P. II.
..8 — 226.

E ſcriptis Florum illuſtrantibus huc referri
..unt ſequentia:

ISAACI PONTANI Oratio iſagogica ſ. Intro- Pontanus.
..io ad Florum Romanamque hiſtoriam; cum
..o ab *eod.* ed. Amſt. 1635. 16.

MATTHIAE BERNEGGERI Miſcellanearum Bernegger.
..ſtionum, ex L. Annaei Flori rerum Rom. epi-
..e, in eamque nòtis, excerptarum, Centuriae
..*Argent.* 1633. 4.

CHRISTPH. AD. RUPERTI Obſervationes po- Rupert.
..ae, morales, hiſtoricae, philologicae, criticae,
..L. Ann. Flori rerum Rom. libros IV, juxta edi-
..em Freinshemianam diſtinctae. Accedunt
..Cl. obſervationes tantum politicae. *Norib.*
..9. 8.

JOH.

Boecler. JOH. HENR. BOECLERI Diſſertationes ad Annaei Flori librum IV; inter *ejusd.* Diſſertt. acad (*Argent.* 1701. 4.) T. I. p. 504 — 568. Sp ctant ad conjurationem Catilinariam; bellum ci le Caeſaris et Pompeji. bellum Parthicum, et be lum cum Antonio et Cleopatra. Additae in fi obſervationes in L. IV. cap. 12.

Hausotter. CHRISTIANI HENRICI HAUSOTTER D de ſuſpecta Flori fide *Lipſ.* 1747. 4 Regulas tis hiſtoricae potiores enumerat auctor, et qu modo Florus contra easdem peccaverit, exe plis demonſtrare ſtudet. Florum tamen non o ni laude indignum eſſe, in fine confitetur.

* * *

Appianus. APPIANUS, *Alexandrinus*, Romae cauſſar patronus, Trajano, Adriano et Antonino principibus floruit. Hiſtoriam Romanam circ poſt Chr. nat. 147 Graece ſcripſit, eamque co plexus eſt libris XXIV. Ac orſus ab Aenea et capto, percurrit illa tempora vetuſtiora usque Romulum. Inde accuratius perſequitur om usque ad Caeſarem Auguſtum; quaedam eti carptim atque obiter addit usque ad Trajan Liber primus de Romanorum regibus, II de re Italicis, III de Samniticis, IV de Celticis, V Siculis, VI de Ibericis, VII de Hannibalicis, de Libycis, Punicis et Numidicis, IX de Mace nicis, X de Graecis et Jonicis, XI de Syriaci Parthicis. XII de Mithridaticis, XIII — XX bellis civilibus, XXII Hecatontaetia inſcriptus, annorum centuria, XXIII de Dacicis, XXIV Arabicis agit. Haec, cum ex Appiani praefa ne, quam operi ſuo praemiſit, tum ex Photi bliotheca, codice LVII, cognoſcimus. Ex p ribus novem libris ſuperſunt ſolummodo ex

quaedam. Horum initium eſt Sabinorum, ut Tarquinio Superbo arma Romanis infer-
it, ſollicitatio. Finis eſt Aemilii Paulli oratio, m poſt actum de Perſeo, Macedonum rege, mphum ad Quirites habuit. Primus haec in-
alia veterum ſcriptorum excerpta Graece interpretatione ſua Latina ſuisque notis avit *Henr. Valeſius* Pariſ. 1634. 4. Ex cis ſive Gallicis, quod habemus, ſeu com-
um, ſeu fragmentum, incipit a Roma per s capta; deſinit in Julii Caeſaris primo in nniam ex Galliis tranſitu. Prodiit Latine m, *Sig. Gelenio* interprete, in Appiani ope-
s, *Baſil.* 1554. fol. *Lugd.* 1588. 16. De Ibe-
s ſ. Hiſpanicis liber cum pauca de Hiſpaniae et primis ejusdem incolis commemoraſſet, a bello Punico II, deſinit in rebellantibus nae populis, per Caeſ. Octavianum Augu-
omitis. Prodiit Latine tantum, *Coelio Se-
Curione* interprete, in Appiani operibus, o indicatis; Graece, cum *Franc. Beraldi* a interpretatione et *Henr. Stephani* caſtiga-
s, *Pariſ.* 1557. 8. In Hannibalicis ea emorat, quae Hannibal contra Romanos, omani contra Hannibalem, intra Italiam, int. Eum librum, praemiſſis quibusdam nnibale in Hiſpania geſtis, Appianus inci-
o ejus in Italiam per Alpes tranſitu; finit idem, poſt devaſtatam ſedecim annis Ita-
in Africam reditu. Prodiit cum reliquis a libris, ſicut ſequentes. De bellis Puni-
ber ſicut Romanorum adverſus Carthagi-
ſes per Africam geſta exponit, ſic, paucis Carthaginis per Phoenices conditae ortu ſis, a Romanorum ex Sicilia in Africam, habitum inter ipſos et Carthaginienſes na-

 vale

vale proelium, adventu incipit, et in Carthagi
a Romanis deſtructa deſinit. De bellis Illyri
liber, cum de Illyriorum origine aliisque reb
quaedam praemiſiſſet, incipit ab Agrone, Illyri
rum rege, cujus aetate, ut Polybius L. II. c.
refert, primam in Illyricum expeditionem R
mani ſuſceperunt; deſinit in triumpho, qu
Caeſar Auguſtus, poſt victum Antonium, de
lyriis egit. De Syriacis bellis liber, praemiſ
quibusdam ab Antiocho Magno, Syriae re
actis, incipit a bello, quod contra eundem A
tiochum Romani ſuſceperunt; deſinit in Sy
quam Antiocho Cycizeno eripuerant, a Ron
tomen commentarii Folardiani exhibuit anony-
mus hoc indice: *Abrégé des Commentaries de M.*
de Folard ſur l'Hiſtoire de Polybe, par M. . . .
Meſtre de Camp de Cavalerie. à Paris 1754. III
Voll. in 4. Licet vero Folardus multiplicem in-
de tulerit laudem: multorum tamen eundem er-
rorum accuſavit CAROLUS GUISCHARDUS ſ. Quintus Icilius.
QUINTUS ICILIUS, militiae Boruſſicae olim
praefectus, in egregiis de re militari commenta-
riis, quorum indicem duntaxat referre placet:
Mémoires militaires ſur les Grecs et les Romains, où
...c fidelement rétabli ſur le texte de Polybe et des
Tacticiens Grecs et Latins la plupart des ordres de
...les et de grandes operations de la guerre, qu'on
...que ſuivant les principes et la pratique conſtante
... Anciens en rélévant les erreurs du Chevalier de Fo-
...ri et des autres commentateurs. On y a joint une
...rtation ſur l'attaque et la defenſe des places des
...; la Traduction d'Onoſander, et celle de la
Tactique d'Arrien, et l'Analyſe de la Campagne de
... Céſar en Afrique, avec des notes critiques et des
...rvations militaires, repandues dans tout le cours
...vrage par Mr. Guiſchard etc. à la Haye 1758.
...ll. in 4. Idem vir praeſtantiſſimus ſuos com-
...ntarios contra obſervationes militares Equitis
... LO - LOOZ (*Recherches d'Antiquités militaires*
... Chevalier Lo-Looz. à Paris 1770.) defendit in
...s commentariis ſic inſcriptis: *Mémoires criti-*
... et hiſtoriques ſur pluſieurs points d'Antiquités mi-
...res etc. à Berlin 1774. IV Partes in 8. Cum
...aen. Parte quarta res iſta agitur. — *Itala*
...o *Ludovici Dominici (Domenichi)* ſaepius typis
...ndata, v. c. *Venet.* 1546 et 1563. II Voll. in 8.

Q 4 *ibid.*

ibid. 1564. 4. *Veronae* 1742. II Voll. in 4. *Anglice* Polybium reddidit primum *Henricus Sheers*, Lond. 1699. II Voll. in 8. (ineſt elegans vitae Polybianae deſcriptio atque judicium Drydenii de hiſtorico noſtro); deinde, *Hamptonus*, qui partes ſuas maſcule egiſſe dicitur, *ibid.* 1756. 4. — Recentiſſima verſio *Theotiſca* elaborata eſt a *Davide Chriſtoph. Seybold*, Profeſſore Gymnaſii Buxovillani, *Lemgoviae* 1779 — 1783. IV Voll. in 8 mai. Adiecta ſunt excerpta ex commentariis Folardianis et Guiſchardianis.

Polybium omnibus paene hiſtorici officiis ſatisfeciſſe ejusque opus exemplum eſſe, quod alii hiſtorici recte ad imitandum ſibi ſumere poſſint, cum veteres tum recentiores cenſuerunt. Veriſſimus enim inter meliores rerum geſtarum narratores habetur; eſt ubique ſui ſimilis, eruditus, gravis, in laudibus parcus, acerbus in reprehenſionibus, ac, veluti prudentem legislatorem et bonum imperatorem decet, multa de militari urbanaque diſciplina, multa de hiſtorici officiis diſputat: locorum vero ac regionum deſcriptiones nemo facile veterum diligentius explicuit. Philoſophiam, exemplis erudientem, illum confeciſſe, fere dixeris. Nihil ſane tam prope fuiſſe videtur, quam ut ipſe cum paucis ad boni hiſtorici ideam proxime acceſſerit. Marcus enim Brutus, prudens rerum ac ſubtilis adeo verborum aeſtimator, ut ne Cicero quidem ei ſatisfaceret, tanti Polybium fecit, ut, etiam ultimis atque afflictiſſimis patriae temporibus, partim ad ſolatium doloris, partim ad vitae inſtitutionem, non modo hiſtoriam ejus legeret ſtudioſiſſime, ſed quae ab eo fuſius explicata eſſent, compendio conſtringeret. Locos enim communes, interdum longiores, intexuit narrationis filo. Quod ad dictionem Polybii attinet, Dionyſius Halicarnaſſaeus incu-

…riam ejus reprehendit, et minus accuratam …orum comprehenſionem. Sed profecto nihil …um eſt, elegantiarum orationis parum ſollici… fuiſſe virum, ſeriis rebus et gravibus ſemper …tum, cui ſufficeret pondus et veritas ſenten…iarum. Quanquam dictionem ejus non eſſe us…quaque improbandum, vel ex eo elucet, quod …us, hiſtoricorum diſertiſſimus, integros ex eo …s prope ad verbum deſcribat. Judicium Er… antea, ubi de ejus editione operis Polybiani …o, attulimus. Conferenda etiam de omnibus …rici noſtri dotibus Caſauboni aurea dedicatio, …fixa ejus editioni hiſtoriae Polybianae.

Polybium aetate iam provectum, et quidem …vitae annum LXI, opus ſuum conſcripſiſſe, …ibus haud contemnendis probatur in ſcripto …: *Nouvelle découverte dans l'hiſtoire littérai… Polybe. par M.* GAUDIO, *Docteur en Droit,* Gaudio. *…ent Profeſſeur de la même Faculté dans l'Aca… Royale de Naples.* à Berlin 1757. 8.

…ossius de hiſtoricis Graecis p. m. 122 ſqq.
…. *taut. Bibl.* T. XIII. p. 565 - 570. T. XLII. …-546.
…*gel. Anzeig.* a. 1758. p. 217 ſqq.

… PLUTARCHI vitis parallelis huc pertinent: Plutarchus.
… *Valerii Publicolae, Coriolani, Camilli, Fabii …, Scipionis Africani, Q. Flaminii, Catonis …, Paulli Aemilii, Tib. et C. Gracchi, Syllae, …, Sertorii, Luculli, M. Craſſi, Pompeii, Jul. …, Catonis Uticenſis, M. Bruti, M. T. Cicero… Antonii.*

* * *

…H. BRANTII (*ICti et Philologi Antverpiani* Brantz. …) Elogia Ciceroniana Romanorum domi

 mili-

militiaeque illuſtrium," annis amplius ſepti
ab urbe condita uſque ad Auguſti imperium
verp. 1612. 4.

Elogia civium Romanorum, ex Cicero
Maſſon. lecta; in PAPIRII MASSONIS Elogiorum I
p. 3 ſqq. (*Pariſ.* 1656. 8).

Crell. CHRISTOPH. LUD. CRELLII Diſſ. de
nio Bruto, reipublicae Romanae auctore
1721. 4. Recuſa *ibid.* 1754. 4.

Ejusd. Diſſ. de Cajo Mucio Scaevola
regis parricida. *ibid.* 1722. 4. — Hiſtori
manu accenſa, prout Livius eam narrat, e
auctor demonſtrare aggreſſus eſt.

Ejusd. Diſſ. de Cajo Marcio Coriolano,
natus et patriae hoſte. *ibid. eod.* 4.

Catherinot. NICOL. CATHERINOT *La main de*
(ou Diſſertation ſur l'action de Mucius Cordus,
brula la main dextre, aiant manqué ſon coup ſ
ſenna). à Bourges 1682. 4. — Hiſtoriam,
Livius de Scaevola commemorat, auctor
accenſet, argumentis uſus ſexdecim, ma
partem ridiculis. Eandem fovet ſententiam
Ad. Rupertus in Obſervationibus ad Florum
ſqq. quippe qui variis argumentis impugnat
tionem iſtam illamque fabuloſam, et ab adu
bus in gratiam Muciorum Scaevolarum con
eſſe ſcribit. Subdubitare etiam videtur de e
Heumannus in Poecile T. I. L. I. p. 79.

Cf. FREYTAGII Analecta litt. p. 224 ſqq.

Aretino ſ. potius Bruni. LEONARDI (BRUNI) ARETINI de bell
nico libri II, quorum prior bellum inter Ro
et Carthaginenſes primum continet, hactenu
Livium deſideratum, alter ſeditionem militi

..., et populorum Africae a Carthaginenſi... ...fectionem; Bellum item Illyricum et Gal... quae et ipſa apud Livium deſiderantur. Vindel. 1537. 4. Priores, quae hanc prae... ...nt, editiones, Polybii nomen in fronte ..., quia Aretinus fere, quicquid habet, ex... non adeo multis, Polybio debet. Quam ...ſſam prima editio hoc titulo inſcribitur: ... Hiſtoricus de bello Punico Latine, Leo... Aretino interprete; Guarini, Veronenſis, ...a ex Plutarcho in Latinum converſa. ..., per Jacobum Britannicum; die 24 Octo... 498. fol. Idem factum in editione Pariſina, curavit Badius Aſcenſius 1512. fol. ibid. 4. In ſermonem Italicum vulgarem liber translatus prodiit Venet. 1485. fol. Flo... ...6. 8. Priorem verſionem totius operis ... Ludovicus Dominicus, Venet. 1544. ibid. ibid. 1563. 8. Theotiſce per Marcum Tati... ... Vindel. 1540. fol. cum figg. ligno in... Aretinus ipſe librum elaboraverat Floren... ...21. Editor audit Bernardus Magnoaldus ...

...ossius de hiſtoricis Latinis p. 557.

...ent Bibl. T. II. p. 29 ſqq.

...stolo zeno Diſſertazioni Voſſiane T. I. ...90 ſqq.

...zucchelli Scrittori d'Italia Vol. II. P. IV. ...22c5.

...berger zuverläſſ. Nachr. T. I. p. 721 ſqq.

...tri ciaconii (ſ. potius chacon, To... ... Presbyteri. Romae maximam vitae partem ..., ubi et munere librorum cenſoris functus eſt ...) Commentarius in columnae roſtratae ...ionem; in ejusd. Opuſculis, quae poſt ejus obi- Ciaconius ſ. Chacon.

obitum prodierunt primo *Romae* 1586. 8; poſte *ibid.* 1608. 8. Separatim hac epigraphe: *Petri Ciaconii*, Toletani, in columnae roſtratae C. Duilii inſcriptionem, a ſe conjectura ſuppletam, Commentarius. *Lugd. Bat.* 1597. 8. Et in *Graevii* Theſ. Antiqq. Rom. T. IV. p. 1807 ſqq. — Auctor, ob amorem et merita in auctores Romanorum claſſicos clarus, primus fuit, qui vetuſtiſſimam iſtam inſcriptionem, Romae a. 156 repertam, explicandam hoc libello ſibi ſumeret

Cf. NIC. ANTONII Bibl. Hiſp. nova T. II. p. 14

JOH. NIC. FUNCCII de origine et pueritia latinae linguae L. II. cap. V. p. 29 ſqq.

CLEMENT *Bibl.* T. VII. p. 113 ſqq.

Erneſti. JOH. HENRICI ERNESTI Diſſ. hiſtorico philologica de *Regulo*, in legatione ad Romanos de pace facienda et permutandis captivis a Poenis cum aliis commiſſa, quaecumque in mandatis acceperit, Romae diſſuadente. *Lipſ.* 1684. 4.

Toland. JOH. TOLAND *the fabulous Death of* Attilius Regulus, *or a Diſſertation proving the receiv' Hiſtory of the tragical Death of* M. Attilius Regulus, *the Roman Conſul, to be a Fable, written* 1694; in *Collection of ſeveral Pieces of John Toland* (Lond. 1726. 8.) T. II. p. 28 — 47. — Eo maxime Tolandus ſententiam ſuam *), meram fabulam eſſe, quae de Reguli morte tragica paſſim narrantur, fulcit argumento, quod Polybius, hiſtoriam viri recenſens, atque minutiſſima quaeque momenta ſollicite obſervans, nullam tamen facti hujus mentionem iniiciat.

Neſſel. ISR. I. NESSELII Specimen academicum de *M. Attilio Regulo.* Aboae 1709. 8.

JON

*) Quam tamen iam JAC. PALMERIUS foverat Exercitatt. in optimos fere auctores Graecos p. 151

JONAE GELENII Progr. de ſupplicio *M. At-ilii Reguli.* Dresdae 1716. fol. Gelenius.

FABIANI TOERNERI Diſſ. de *M. Attilio Re-gulo.* Upſal. 1729. 8. Toerner.

✤ ✤ ✤

C. SILIUS ITALICUS carmen quidem ſede-cim libris comprehenſum ſub *Punicorum* nomine de bello Punico ſecundo ſive Hannibalico ſcrip-ſit, in quo vero magis hiſtoricum, quam poë-tam, agnoſcas atque mireris. Quam ob cauſ-ſam recte ſibi hic locum poſcere videtur. Pa-tria hujus viri conſularis eſt ignota; nam quae ex ejus cognomine nonnulli elicere cupiunt, ...a ſunt atque incerta. Conſulatum geſſit eo ...no, quo Nero periit. Poſtea demum animum ...carmen iſtud appulit, in quo Virgilium po-...tam ſibi imitandum propoſuit. Quoad res ...bium et Livium ſequitur. Nec ſolum iſtis ...eſt, quae de bello Punico ſecundo refert: ...vel in primis iis, quae narrat de Xantippo, ...ulo, Duillio, aliisque ad bellum Punicum ...rum pertinentibus, cujus hiſtoria in Livio, ...o Silius adhuc uti poterat, deperiit. Idem ...am adſpergit, quae aliis geſta ſunt temporibus, ...ut de bello Macedonico primo. Eſt et aliud, ...o Silius caeteros fere omnes poëtas antecellit, ...orum, gentium, antiquitatum tam illuſtris ex-...atio, ut, niſi ille fuiſſet, multa ſane in geo-...graphia, et in rerum et antiquitatum hiſtoriis ob-...a nobis et incognita eſſent. Sane Italiam, ...am, Africam, Hiſpaniam, et alias regiones ...n diſtincte, tam illuminate in ſingulis partibus ...oculos proponit, ut neque id clarius poſ-...quibus unicum hoc ſtudium eſt, ut orbis ...riptionem exhibeant. Silius Itali-cus.

Poſt

Poſt plures alios *Chriſtophorus Cellarius* Silium de integro recenſuit, notis ſuccinctis, tabulis geographicis et indicibus illuſtravit *Lipſ.* 1695. 8. Novam et praeclaram editionem curavit *Arnoldus Drakenborchius, Trajecti ad Rhen.* 1717. 4. In qua, poëtae verbis accurate emendatis, ſubiiciuntur copioſae et eruditae Drakenborchii ipſius obſervationes, Modii, Barthii et utriusque Heinſii notis adtextae. Textum Drakenborchii repetiit *Joh. Petrus Schmidius, Mitaviae* 1775. 8 mai. Adjecta eſt praefatio Drakenborchiana, Cellarii diſſertatio mox commemoranda, atque gloſſarium in quo virorum eruditorum explicationes locorum et verborum difficilium breviter et, quantum fieri potuit, perſpicue exhibuit.

Cf. VOSSIUS de hiſtoricis Latinis p. m. 155 ſqq.

CHR. CELLARII Diff. de Silio Italico, poëta conſulari. *Hal.* 1694. 4. Et inter *ejusd.* Diff. accadd p. 71-89. Et cum Silio Drakenb. et Schmidiano.

FABRICII Bibl. Lat. T. II. p. 172 ſqq. ſec. edit. Erneſt.

L. CRUSII *Lives of the Roman Poets.* T. II. p. 47 ſ et ex verſione Theotiſca *C. H. Schmidii.* T. I p. 48-78.

Duſch Briefe zur Bildung des Geſchmacks. T. V p. 8-150.

Petrarcha. FRANCISCI PETRARCHAE Africa, ſive de bello Punico et geſtis Scipionis Africani libri IX ad Rupertum, regem Siciliae; in *ejusdem* operibus ſaepe typis repetitis, v. c. *Baſil.* 1581. fo (T. III. p. 24 ſqq.) Hocce poëmate heroic praecipue auctor ſe lauro dignum ſuae aeta demonſtravit.

15

ISR. I. NESSELII brevis Σκιαγραφια ſecun- Neſſel.
belli Punici, ſ. Diſſertatio hiſtorica de Hanni-
bale Italia expulſo. *Aboae* 1710. 8.

DE FOLARD *Diſſertation ſur la politique et la* Folard.
conduite des Romains, pendant la ſeconde guerre
Punique; in *Hiſt. de Polybe avec un commentaire*
de Mr. de Folard. T. IV. p. 342 — 368.

DONATI ACCIAJOLI Vitae Hannibalis et Acciajoli.
Scipionis; *in* Verſione Latina vitarum parallel.
Plutarchi. S. l. 1470. fol. Plutarchus quidem du-
umvirorum iſtorum vitas haud deſcripſit, certe
hodie inter ejus vitas parallelas non exſtant.
Hanc ob cauſſam nonnulli Acciajolum fraudis
accuſarunt: alii eum defendere ſtuduerunt.

Cf. MAZZUCHELLI *Scrittori d'Italia.* Vol. I. P. I.
p. 43 ſqq. ADELUNG *Fortſetzung und Ergän-
zungen zu Jöchers Gelehrten Lexicon.* T. I. p. 127.
Cf. etiam haec Bibl. hiſt. Vol. III. P. I. p. 107.

Praeter ſcriptores de *Hannibale*, Vol. III. P. I.
p. 107 a nobis allatos (quibus jungas J. M.
SCHROECKHIUM in *Allgemeine Biographie.* T. I.
p. 1—96.) hoc loco ii, qui de ejus itinere per
Alpes diſceptarunt, in cenſum veniunt. Innotue-
runt vero nobis ſequentes:

Viaggio Annibale per la Toſcana, deſcritto da Vettori
PIER VETTORI († 1586.), *con due Lettere al me-* Ricci.
deſimo di GIULIANO DE RICCI *ſull' iſteſſo argo-
mento. Prima Edizione.* Napoli 1780. 8. Editor
...IL. SAV. GUALTIERI.

Diſſertazione del Cav. LORENZO GUAZZESI, Guazzeſi.
..., *intorno il Paſſagio di Annibale per le Pa-
...* in *Saggi di Diſſ. dell' Academia di Cortona.*
...L p. 25 ſqq.

Marquis DE ST. SIMON *Diſcours pour ſervir* de St. Si-
de préface à l'hiſtoire de la dernière guerre d'Italie mon.

et de la campagne de Coni. à Amſterd. 1769. 8.
Auctor cura critica rem ſuam peregit, confere
do inter ſe deſcriptiones itineris iſtius, a Polyb
Livio, Folardo et a ſe ipſo exhibitas.

Amati. D. PASQUALE AMATI *di Savignano Diſ*
tazione ſopra il Paſſagio dell' Apennino fatto
Annibale. In Bologna 1776. 4.

Tiraboſchi. HIERONYMUS TIRABOSCHI eodem de
gumento egit in appendice ad primam part
operis egregii: *Storia dell' augusta Badia di S*
Silveſtro di Nonantola etc. In Modena 1784. fol.

❖ ❖ ❖

Poggius. POGGII, *Florentini,* Epiſtola de praeſtant
Scipionis Africani prae C. Julio Caeſare; in *eju*
Opp. (*Baſil.* 1538. fol.) p. 357 — 365.

Anonymus. *Hannibal et Scipion.* à la Haye 1675. 12.

Spon. JACOBI SPON *Vie de* Scipion *l'Afriquai*
ouvrage qui n'a point encore été publié; in *H*
critique de la Republ. des Lettres (à Amſterd. 17
12.) T. XV. p. 1 — 83.

Seran de la Tour. *Abbé* SERAN DE LA TOUR *Hiſtoire de Scip*
l'Africain; pour ſervir de ſuite aux Hommes illuſ
de Plutarque; avec les Obſervations de M. le Cheva
de Folard ſur la Bataille de Zama. à Paris 1738.
Nouvelle edition revue et augmentée. ibid. 17
12 mai. — Res quidem Scipionis auctor ſtudi
perſequitur, vitam civilem negligit. Polybi
et Livium nimis preſſe ſequitur. Nimis quo
videtur in ſententiis ferendis. In fine addita
comparatio rerum publicarum Romanae at
Carthaginienſis ſecundum Polybium.

Greenway. F. GREENWAY *Leben des Scipio, mit dem*
namen Africanus; in *Bremiſchen Magazin.* T.
p. 239 ſqq.

AN

ANTONII BENDINELLI (*Doctoris littera-* Bendinelli.
rum bonarum Borgi in terra Lucenſi, unde oriun-
dus erat † 1575.) P. Cornelii Scipionis Aemiliani
Africani minoris ac Numantini vita, vel ejus diſ-
perſae potius reliquiae, ex multis probatiſſimorum
auctorum ſcriptis in modicum quoddam corpus
redactae. *Florentiae* 1549. 8. *Mutinae* 1549 8.
Lucae 1568. 4. Editio quarta, cura et ſtudio *Iſid.*
Bianchii. Havn. 1776. 8. *Italice* a *Juſto Compagni,*
Lucae 1556. 8. — Auctor, perpetuus Sigonii
adverſarius, quum comperiſſet, hunc Scipionis
historiam ſcripturum eſſe, praevenire voluit
libello ſuo, quo tamen Sigonio cunctanti palmam
haud praeripuit.

G. MAZZUCHELLI *Scrittori d'Italia.* Vol. II. P. II.
p. 799 ſqq.

CAROLI SIGONII de vita et rebus geſtis P. Sigonius.
onis Aemiliani liber. *Bononiae* 1569. 4. Cum
nelio Nepote *Francof.* 1608. fol. Cum Sext.
l. Victore ed. a Joh. Arntzenio *Amſtel.* 1733. 4.
cum praevia diſſertatione *Philippi Argelati*, in
Opp. (Mediol. 1732. fol.) T. III. p. 1061 ſq.
Quae inter Bendinellium et Sigonium non
niant in vita Scipionis, et alia Sigonii errata
Bendinellio patefacta. *Lucae* 1569. *ibid.* 1570. 4.

SAM. ANDREAE Diſſertationes II de *Gracchis*, Andreas.
hominibus ſeditioſis in republica. *Marburgi*
:6 4.

PETRI LAGERLOEF Diſſ. de tumultu Grac- Lagerloef.
no. *Upſal.* 1697. 4.

HENRICI CHRIST. CRELLII Elogium et Crell.
acter *Tiberii* et *Caji Gracchorum*, incompara-
fratrum paris. *Lipſ.* 1727. 4.

de St. Real. CESAR VICHARD, *Abbé* DE SAINT - REA *Hiſtoire de la conjuration des Gracques;* in ejus *Oe vres* (à la Haye 1722. 8.) T. III. p. 123 — 22 et ſecundum verſ. Theot. (*Rigae* 1767. 8 mai T. I. p. 1 — 66.

deSchirach. Conferantur etiam, quae GOTTL. BENE DE SCHIRACH de Gracchis haud male tradit j dicatque in Praefatione ad T. VII verſionis The tiſcae Plutarchi vitarum parallel. (*Berolini* et *Li* 1779. 8.)

Rechenberg. ADAMI RECHENBERG Diſſ. de *M. Livio Dr ſo*, Tribuno plebis. *Lipſ.* 1679. 4; et in *ejusd.* D hiſt. polit. p. 246 — 271.

Scriptores de bello Romanorum Cimbrico Teutonico inter ſcriptores hiſtoriae Germanor enumerabimus.

Julius Caeſar. C. JULII CAESARIS de bello, quod c Gallis geſſit, commentariorum libri VII. — ſummi hujus viri commemoratione non nobis mo erit de rebus, quae iſte tanquam imperato maximarum rerum moderator geſſit; quis e haec neſcit? nec ſunt ea hujus loci. Nos ſo Caeſarem ſcriptorem, et quidem hiſtoricum, mus. Celeberrimum eſt de ejus commentariis ceronis (in Bruto ſ. de clar. orat. c. 75.) judici „Nudi ſunt, inquit, recte et venuſti, omni o „tu orationis, tanquam veſte, detracto: ſed „voluit alios habere paratum, unde ſumerent, „vellent ſcribere hiſtoriam; ineptis gratiam „taſſe fecit, qui illa volent calamiſtris inurere „nos quidem homines a ſcribendo deter Per omnia ſaecula laudatus ac commendatu

..quam ſcriptor purus et elegans inque verbo-
..m ſtructura accuratus, ac omnino placidi inſtar
..minis procurrens; ſimul gravis in ſententiis,
.. Xenophontem ſuperat: caeteroquin ei non
..ſimilis multum. Aſinius Pollio, Caeſaris ae-
..alis, parum quidem diligenter parumque inte-
..a veritate compoſitos ejus commentarios, teſte
..tonio (in Julio cap. 56.), putavit; cum Caeſar
..eraque, et quae per alios geſta, temere credide-
..t, et quae per ſe, vel conſulto, vel etiam memo-
..a lapſus perperam ediderit; exiſtimavitque re-
..pturum et correcturum fuiſſe. Sed invidia du-
..s Pollio ita judicaſſe videtur. Certe dijudica-
..e non indigna ſunt, quae hanc in rem Bodinus
.. methodo hiſtoriarum cap. 4.) monet. „Quae
..Caeſar, inquit, de bellis a ſe geſtis conſcripſit, ex
..gna parte vera judicantur, praeſertim cum
..erator lege Porcia prohiberetur, falſum cae-
..um numerum ad aerarii tribunos deferre:
..qui triumpho et imperio, cujus cauſſa Cae-
..ar ſceleratum eſſe juſtum putabat, caruiſſet.
..uae lex ut impune violata ſit, attamen infamiae
..us hominem gloriae cupidiſſimum retinebat,
..ſertim cum ſe vivo ſua ſcripta in vulgus ma-
..re pateretur, et innumerabiles hoſtes haberet,
..e mendacii coarguere potuiſſent.“ Confe-
..r etiam *Morhofius* de Patavinitate Liviana cap.
.. et *Joach. Chriſtoph. Nemeitz* de modeſtia hiſtori-
..n cenſuris principum obſervanda (*Londini*
..rum 1709. 8.) §. 14.

Caeſar igitur ipſe poſteritati tradidit ſeptem de
.. Gallico libros, quorum ſinguli ſingulorum
..rum res comprehendunt; AULIUS HIR-
..S, Conſul Caeſarisque amicus, addidit octa-
.. auctore Suetonio. Nonnulli *Cajum Oppium*
..inarunt. Quum igitur alius alium auctorem

 edi-

ediderit, eſt res incerta quidem, veriſimillima ta men de Hirtio auctore ſententia. *Dodwelli* diſſei tatio de auctore hujus libri, quem Hirtio potiu quam Oppio attribuit, exſtat in editione Caeſari Oudendorpiana T. II. p. 1007 ſqq. Et Mon eandem ſuae Caeſaris editioni praefixit. Dodwel argumenta ſub examen vocavit *Clericus* in *Bibl. chc ſie* T. XXVI. p. 132 ſqq.

Ex editionibus hoc loco ſolummodo ſequei tes indicare liceat. *Gothofredus Jungermann* poſt plures alios primo loco edidit Caeſaris con mentarios de bello Gallico et de bello civili, cu Hirtii libris de bello Africano et Hiſpanico et cu anonymi libro de bello Alexandrino. *Franc* 1606. II Tomi in 4. Editio ejusdem altera, qu quidem in fronte libri dicitur, *nunc auctior* et *co tior*, at ſcatet vitiis typographicis, *Francof.* 166 4. Jungermannus primus commentariorum libr per capitum ſectiones diviſit; adjunxit Graeca verſionem ſeu metaphraſin *Planudae* ſive alius ptem priorum librorum: nam octavus Grae non exſtat; et ad calcem ſubjunctae ſunt no integrae Rhellicani, Glareani, Glandorpii, Joa Camerarii, Bruti, Manutii, Sambuci, Fulvii U ni, Petri Ciaconii, Hottomanni, Joannis Brar et Jungermanni etc. Secuta eſt editio *Joh.* G *gii Graevii*, cum animadverſionibus Dionyſii V ſii, additis fragmentis, Joſ. Scaligeri notitia Gal et notis ſuper appellationibus locorum aliquo gentium apud Caeſarem. *Amſtelod.* 1697. 8. ſecunda editione *Amſt.* 1713. 8. additae ſunt iam notae *Daviſii*, ex editione, quam hic An doctiſſimus magno apparatu critico curavit Ca *brigiae* 1706. 4; et, non ſine auctario, *ibid.* 1 4. Splendidiſſimam editionem in lucem dedit *muel Clarke*, Londini 1712. fol. max. typis lucu

charta regia, adjunctisque amplis tabulis ultra
ginta, quibus variarum rerum Caeſari memo-
rum, et proeliorum atque obſidionum, et tri-
hi icones exhibentur. Caeſar ipſe cum argu-
tis et variis lectionibus, notatis in margine,
ſus perquam emendare, ad calcem vero volu-
is poſt Caeſaris fragmenta, notae editoris criti-
Indices bini ſubjuncti, geographicus alter,
rerum, admodum accurati et locupletes.
iconibus illis minore forma Clarkii Caeſar re-
Lond. 1720. 8. Majore apparatu ac ſtudio
conſtructa eſt editio *Oudendorpiana* Lugd.
1737. 4. Eadem omiſſis annotationibus, re-
ibid. 1740. 8. Recentiſſima et ob delectum
rum ſapientem maxime commendanda editio
Lipſ. 1780. 8 mai. ſtudio *Sam. F. Nathan.*
Gr. et Lat. ling. Prof. Lipſ. Is praecipue
tus in illuſtrando ſenſu verborum, aut re et
ria explicanda, diligentiam ſuperiorum inter-
um ſuperavit. *Ritteri* hiſtoria Gallorum et
ardi libris, in quibus de re militari veterum
diſputatur, et loca Caeſaris multa ſcienter
antur, bene uſus eſt ad meliorem hiſtorici
ionem. Denique confecit indicem latinita-
gium. Ex praefatione non poſſumus non,
anum atque prorſus eximium Mori judicium
indole ac recto uſu commentariorum Caeſa-
rum bibliothecae noſtrae inſeramus. Ita igi-
XIII ſe habet:

„Magna pars Caeſarianarum narrationum ver-
is in rebus, quas tirones ne legere quidem
nt — adultiores vero lectores, ſtudioſi illi
llorum, non rei militaris, ſeu hiſtoriae, ſed
m ingeniorumque, ne cognoſcere quidem
nt. Praeterea hujusmodi conſignatio rerum,
s diebus geſtarum, qualis dominatur in com-

 men-

mentariis atque ephemeridibus, haec ergo habe multa, ne memorabilia quidem; ſed ideo, qui tempore illo potiſſimum evenerunt, conſcripta eo fere modo, quo maritimorum itinerum de ſcriptiones haud pauca hanc unam ob cauſſar admiſcent, quia in ea tempora inciderunt, no quia magnopere profutura videbantur lectur Qui ergo in legendis hiſtoriarum monument non tam facta, quam ex factis ſeriem viciſſitud nemque rerum, et per facta hominum anim ac ſenſus, et e factorum molitione, adparatu a que exitu imitandi exemplar cognoſcere ſtuden hi in commentariorum tenuitate non multu nutrimenti reperire ſibi videntur. Sed ſi quis his omiſſis, quae paucioribus tantum placere a prodeſſe poſſunt, multa ingeniorum millia, qua in Caeſarianis libris aut verbis diſertis deſcribu tur, aut quorum vita et facta cum ſuis cauſſ conſiliisque narrantur, attentus ſpectaverit, a ſub illo narrationum involucro latentia inve gaverit; ſi Caeſarem, celeritate atque taciturnit te omnia efficientem, hisque artibus adjutu incredibilia feliciter gerentem, ſui ſemper ſim lem, nunquam crudelem, perpetuo lenem, ſummis rerum omnium inopiis tamen uno, e que ſapientiſſimo, conſilio locupletem, ob oc los habuerit; ſi animum ejus dominatorem p integrum decennium, in Gallia transactum, e dem tramite conſtanter ad imperium nitente viderit; ſi, quidquid egit, ad unum ſcopum te dere animadverterit: nonne in humano pecto introſpiciendo; humanaque vita contemplanda verſari concedet? nonne hos, qui diſcunt, vita, moribus, prudentia, felicitate admonere p terit? nonne hiſtoriae ſtudioſis oſtendere lice hiſtoriam non modo eſſe memoriam eventuu

a

...t ſcholam futurorum magiſtratuum et impera-
...rum; ſed, quidquid contineat, quocumque mo-
... poſteris tradat, omni aetati, omni generi le-
...orum, aliquid ſaltem ſuppeditare, doctioribus
... cogitandum judicandumque, peritis et impe-
...is ad imitandum cavendumque, iis denique,
... ad humanitatis ſenſus non plane obtuſi ſunt,
... ſe ipſos agnoſcendos? etc.“

E verſionum ſylva commemorare liceat ſe-
...ntes: *Francogallica Nicolai Perroti Ablancurtii*
...us typis repetita, licet non ſatis fida nec ac-
...ta, prodiit, v. c. *Pariſ.* 1699. 8. *Amſterd.*
... 12. Excerpta e commentariis Caeſaris
...ca, una cum obſervationibus ſtrategicis in-
...bus, ſiſtit liber ita inſcriptus: *Le parfait Ca-*
...ue, ou l'abrégé des guerres des Gaules, des
...ntaires de César, avec des remarques, par
...RY, *Duc* DE ROHAN. à Paris 1637. 4. *ibid.*
... 4. à *Amſterd.* 1692. 12. à *Leipz.* 1729. 8.
...datur etiam verſio, quae hoc titulo proſtat:
... Commentaires de Ceſar, d'une Traduction toute
...lle. à la Haye 1743. II Voll. in 12 mai. Cum
... aen. Majore vero laude digna verſio, prae-
... ob additas notas, quae hac epigraphe
...t: *Les Commentaires de César; nouvelle edi-*
... revuë, corrigée, et augmentée de notes hiſtori-
... et géographiques et d'une Carte nouvelle de la
... et du Plan d'Aliſe, par M. DANVILLE.
...ris 1755. 12 mai. à Amſterd. 1763. 12 mai.

Italica a *Franc. Baldelli.* Venet. 1571. 12;
...em verſio, cum illuſtrationibus et delineatio-
...s *Andreae Palladii.* ibid. 1575. 4. Cum figg.
... *ibid.* 1598. 4. Cum figg. ibid. 1619. 4. Cum
... Novam verſionem editioni ſuae addidit *Her-*
...us Albritius, Venet. 1737. fol.

Anglice a *Martino Bladenio* Lond. 1705 8. Cum figg. aen. Editio ſeptima prodiit *ibid.* 1750. 8. Cum figg. aen. Notae adjectae laudantur. Recentior eſt verſio Anglica *J. Towerſii*, Lond. 1755. 8.

Verſio *Theotiſca*, a *Joh. Franc. Wagner* elaborata, optimis quidem non accenſetur, nec tamen malis. Prodiit *Stuttgardiae* 1765. 8.

Illuſtrationi commentariorum Caeſarianorum hiſtoricae inſervire poſſunt, praeter iam memoratos, libri libellique ſequentes:

Schiappalaria. STEPHANI AMBROSII SCHIAPPALARIA (hiſtorici Genuenſis ſaeculi XVII) *Obſervationi politiche, con la Vita di Giulio Ceſare.* In Anverſa 1578 4. Et ex recenſione *Orlandi Peſcetti* Veronae 1600. 4.

Moller. DAN. GUIL. MOLLERI Diſſ. de Julio Caeſare. *Altorf.* 1687. 4.

Oudendorp. FRANC. OUDENDORPII Oratio de litterariis C. Julii Caeſaris ſtudiis. *Lugd. Bat.* 1740. 4.

Duyſing. HENRICI OTTONIS DUYSING Diſſ. de fide C. J. Caeſaris dubia atque ſubleſta. *Marburg.* 1748 4.

Lang. CHSTPH. LANG de C. J. Caeſaris ſublimitate. Sectio I. *Baruthi* 1769. Sect. II. *ib.* 1770. fol.

Guiſchard f. Q. Icilius. CAROLI GUISCHARDI ſ. QUINTI ICILII *Mémoires militaires ſur les Grecs et les Romains* à Lyon 1760. II Voll. in 8.

Ejusdem *Mémoires critiques et hiſtoriques ſur pluſieurs points d'antiquités militaires.* à Berlin 1773. IV Voll. in 8. In his operibus auctor Marti aeque ac Muſis olim familiaris, rebus a Julio Caeſare traditis locisque obſcurioribus multum lucis affudit, ita quidem, ut modum rei gerendae, prudentiam, cauſſas exitus in utramque partem luculenter demonſtret, veteraque cum noſtri

ris temporibus comparet. In operis poſte-
is volumine primo et ſecundo res a Caeſare
ntra Petrejum et Afranium in Hiſpania geſtae
mme enarrantur. E tertio volumine ad il-
randum Caeſarem faciunt, quae de legioni-
s Caeſaris accurate ſcribuntur, et diſputatio,
a faſti Romani veteres cum faſtis, a Caeſa-
correctis, comparantur, deinde per quatuor
nos, ab initiis belli civilis usque ad initia belli
anienſis, ſeries dierum atque rerum diligen-
e deducitur.

VOSSIUS de hiſtoricis Latinis p. 248 ſqq.
ABRICII Bibl. Lat. T. I. p. 248 ſqq.
ARLESII Introd. in notitiam litter. Rom. P. II.
. 181 ſqq.

Mélanges de Remarques ſurtout ſur César et Auteurs militaires, anciens et modernes, par néral DE WARNERY († 1786.) à Dresde 8. Auctor nimis abjecte de Caeſare ſentit. de Warnery.

JACOBI FRIDERICI ROESCH *Commentar die Commentarien des Caeſar, als eine Beantwortung der Remarques ſur César des Hrn. General von W.* (Warnery); *nebſt Beyträgen zur Taktik.* Halle 1783. gr. 8. — Auctor, io Wirtembergenſis et Profeſſor artis bel- Stuttgardienſis, Guiſchardio minime cedit: in quibusdam illum ſuperat. Caeſarem ra Warnerium fortiter ac docte defendit. Roeſch.

MEUSELS *hiſt. Litt.* a. 1785. T. I. p. 82. 95 ſqq.

Le Comte TURPIN DE CRISSÉ *Lieutenant ral du Roi de France, Commentaires de César, des notes hiſtoriques, critiques et militaires.* targis 1785. III Voll. in 4. — Ineſt etiam s Caeſaris Latinus cum praefatione Franco- Turpin de Criſſé.

 galli-

gallica cujusdam *de Wailly*, non multum a Dan villiana abhorrente, ab editore paſſim mutata Caeterum de rebus a Caeſare geſtis ſine partium ſtudio judicare videtur.

Cf. Götting. gel. Anzeig. a. 1786. p. 1766-1773.

* * *

Salluſtius. C. SALLUSTII CRISPI Bellum Jugurthinum. — Scriptor hic claſſicus, quem Martial *primum in Romana hiſtoria* praedicavit, natus e Amiterni in Sabinis anno poſt U. C. DCLXI ſ. LXXXV ante Chr. natum; mortuus a XXX ante Chr. nat. A prima juventute litteris bon tam ſedulo ac probe ſtuduit, ut artes militare Romanis maxime uſitatas, negligeret. Tribun plebis Romae erat, quo anno Clodius a Milon occiſus fuit; quo in munere, quod nulla cu laude geſſit, ut Ciceroni, ita et Miloni, infeſt admodum erat; idque quia in Fauſtae, L. Sylla filiae, adulterio deprehenſus virgis a Milone eſſ caeſus, nec niſi pecunia data dimiſſus. Nem iſtud in cauſſa eſt, cur Clodianis ſemper ſtudu rit adverſus Milonem. Ob alia adulteria ac ſt pra ſenatu motus fuit: a Jul. Caeſare vero, r rum potito, dignitatem ſenatoriam recuperav quaeſtorque factus, et poſtea etiam praetura obtinuit. A Caeſare denique Numidiae prae ctus fuit, quam vero provinciam, Juba victo occiſo, expilavit; a Caeſare quidem fuit abſol tus: ſed infamiam non effugit. Ex hac aut praeda Numidica ita ditatus fuit, ut in Quirin li monte forum emeret, quod Salluſtii vocat ubi nunc aedis S. Suſannae; item hortos, hodieque Salluſtiani nominantur. Ex his pa vitam ejus laudari a nemine poſſe, licet tem ri

recentioribus fuerint, qui eum defendere ntur. Omnis igitur Salluſtii gloria a prae- ejus ſcriptis proficiſcitur. Sed vix ejus am integre ad nos pervenit, praeter bel- gurthinum et Catilinarium, operis forte ſimi, in quo hiſtoriam Romanam ſex li- ſolverat, et quo potiſſimum hiſtorici prin- nomen meruit, reliquiae. Praeterea ex ſto nihil habemus, praeter quatuor ora- bs, epiſtolas duas de republica ordinanda ſarem miſſas, et lacera fragmenta, quae mmaticis antiquis atque aliis ſcriptoribus h ſunt, potiſſimum a *Ludovico Carrione.* ucydidis aemulum Salluſtium iam Velle- rculus (L. II. cap. 36.) nuncupavit. Et neus Seneca L. IX controverſiarum de- ne I: *Cum ſit*, inquit, *praecipua in Thucy- dus brevitas, hac eum Salluſtius vicit, et in s caſtris cecidit. Nam in ſententia Graeca ui habes, quae ſalvo ſenſu detrahas. — At ſtii ſententia nihil demi, ſine detrimento ſen- teſt. Titus autem Livius*, addit, *tam ini- alluſtio fuit, ut hanc ipſam ſententiam, et s tranſlatam et corruptam, dum transferre- liceret Salluſtio; nec amore Thucydidis facit, s praeferat: ſed laudat, quem non timet, et putat, a ſe poſſe Salluſtium vinci, ſi ante a ldis vincatur.* Qua de re ingenioſe aeque ſe diſputat JOH. CHRISTIANUS BRIEG- Conſiliarius et Profeſſor Coburgenſis, in s brevitate Salluſtiana. *Coburgi* 1773. 4; r alia: „Jam quis eſt, *inquit*, qui magnam - quam ante deſcripſerat — brevitatis lau- lluſtio deberi neget, in quo, quamquam raetermiſiſſe videatur, quod ad rem perti- omnia invenias adeo conciſa, ut, quod non

non dixiſſe melius erat, vix quidquam deprehen-das: cogitandi autem materiam ubique fere in-venias, modo cogitare didiceris; et non niſi in-vitus libellum de manibus ponas ante, quam a exitum perveneris." Removet poſtea argut quae contra hanc brevitatis virtutem *Julius Caeſar Scaliger* et *Caſp. Scioppius* (in Judicio de ſtilo hiſtorico p. m. 52 ſqq.) monuerint. Quid-quid tandem hujus rei ſit, noſtro certe judici brevitas iſta Thucydidea et Salluſtiana haud r ro obſcuritatem parit, neque imitanda videtu Hiſtoricum popularem eſſe oportet, ut ſcilic nec nimis fuſus, nec conciſus nimis evadat, et docti et indocti lubenter eum legant ac ſin difficultate intelligant; quae ars hiſtorici, ut oratoris, eſt ſumma, et paucis data. Caeterum Salluſtius integerrimi ſcriptoris, liberi in judican-do, gravis in ſententiis, artificis in notationibus principum aliorumque deſcribendis, magnarum-que rerum uſu praediti laudem jure adeptus eſt.

Ex ſegete editionum ſequentes nominare ſu-ficiat. *Gruteriana*, in qua ex codicibus et e tionibus veteribus textus Salluſtianus mire in mutatus eſt, cum notis variorum prodiit *Francof.* 1607. 8. *Waſſiana*, cui baſis eſt Gruterian in qua vero adornanda multi codices MSS. auxilium vocati ſunt, *Cantabrigiae* 1710. 4. Qu-rum omniumque ſuperiorum editorum dilige tiam atque ſedulitatem aequavit crebroque vi *Cortius (Kortte)* in editione, et ad ingenium ac endum non minus quam ad indolem ſcripto linguaeque ipſius Latinae bene perſpicienda perquam utili, *Lipſ.* 1724. 4. Locupletiſſima ſplendida, copiis tamen Cortianis deſtituta, editio *Havercampiana*, *Hagae Comit.* 1742. II V in 4. Ex ubertate Cortiana ſelectiores anno-

tion

...iones excerpſit uſuique juniorum accommoda... *Brieglebius* in Salluſtio ſuo, quem, cum Gloſ... exhibuit *Coburgi* 1773. 8. Nitida et ve... eſt editio *Hottingeriana*, Turici 1778. 8. Textus quidem eſt Cortianus: at interdum edi... a Grutero et Cortio diſſentit. Nec ſilentio praetereunda eſt editio *Bipontina (G. C. Crollii)* 1779. 8; et ſecunda vice, accuratior et emenda... 1780. 8 mai. Novus paene ineſt contextus Salluſtiani recenſus; antiquatae enim et invidioſe ...minatae, lectiones interdum poſtliminio re...catae, quaedam a virgula cenſoria Cortii alio...que nimis ſevera vindicatae et reſtitutae, ... pauca, quae ab aliis deſperata aut male ſa... habebantur, ſanata, et nova ratione ſive ..., ſive paucis explicata ſunt.

Francogallice Salluſtii reliquiae praeſtantiſſi... ſaepius et certatim quaſi redditae ſunt. ... vetuſtioribus verſionibus, recentiores no...aſſe ſufficiat. *Le Maſſon* novam exhibuit ...ſionem *Pariſ.* 1716. 12. *ibid.* 1720. *ibid.* 1724. ...in praefatione defenditur Salluſtius et lauda... Secuta eſt verſio *Vergerii* cum notis, re... *Pariſ.* 1727. 12. Quibus melior ſucceſſit ... hoc titulo: *Salluſte ou Hiſtoires de la Conjuration de Catilina contre la Republique Romaine et la guerre des Romains contre Jugurtha, traduites en François; on y a ajoûté la traduction de ... les morceaux, qui ſe trouvent en entier dans Fragmens de cet Hiſtorien. Le tout accompagné de Diſſertations et de Remarques critiques, hiſtoriques et géographiques. Par l'Abbé* THYVON. Paris 1730. II Voll. in 8. (Ineſt etiam Salluſtii ... ſeu potius apologia). Melior his omnibus ...dicatur *Dottevilliana*, hoc titulo ornata: *Traduction de Salluſte, avec le texte Latin, la vie de cet hiſto-*

hiſtorien, des notes critiques et des variantes; J(EAN) H(ENRI) DOTTEVILLE, *de l'Orat re.* à Paris 1749. *ibid.* 1763. *ibid.* 1769. *ibid.* 17 12 mai. (Duabus poſterioribus editionibus addit eſt index chronologicus editionum, commentar rum ac verſionum Salluſtii). Dottevillum de que ſuperare ſtuduit NICOLAUS BEAUZE Profeſſor Grammatices in ſchola militari re Pariſienſi, clarus Grammatica quadam univer li et nova auctaque editione operis Girardi de ſynonymis Francogallicis; is nempe exhibu *Les hiſtoires de Sallufte, traduites en François, a le Latin revû et corrigé, des notes critiques et u table géographique.* à Paris 1769. 12 mai. — *conde edition revûe, corrigée et augmentée de m ceaux entiers, tirés des fragmens.* ibid. 1775. 12 m (Annotationes, quibus tam virtutes tam v hiſtorici examinantur, magnam tulerunt lauder

de Broſſes. Huc etiam referenda nobis videtur opera ſt penda, quam poſuit CAROLUS DE BROSSE Praeſes olim Parlamenti Divinionenſis, alias ia a nobis celebratus, in colligendis, ordinand Gallice vertendis et editione ſingulari exhibe dis fragmentis hiſtoriae Romanae Salluſtian Jam a. 1747. idem promiſerat, ſe editurum e ſupplementa Salluſtii de libello civili a M. Aer lio Lepido, patre triumviri Lepidi, incepto; quo labore ita ſe verſatum eſſe affirmavit, colligeret fragmenta Salluſtiana, digereret, cu aliis componeret ſcriptoribus, et quae deficere teſtimoniis Ciceronis, Livii, Suetonii, Plinii, St bonis aliorumque ſuo quaeque loco inferen ſuppleret, omniaque more ſtiloque Salluſtia exponeret, ad exemplum Freinshemii in Li nis fragmentis; cujus ſpecimen dedit in *Hiſt de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXI. p. 50 ſqq. Id

Mémoires de l'Acad. des Inſcr. T. XXV. p. 368 — ..1. concinnavit. *Eclairciſſement ſur un ouvrage .. Salluſte, avec un eſſai d'explication ſuivie des .. gmens qui nous reſtent.* Tum ibidem T. XXV. ..75 — 538: *Le Periple de l'Euxin, tel qu'on ..t preſumer, que Salluſte l'avoit décrit, vers la fin .. IIIme Livre de ſon. Hiſtoire, rétabli ſur les ..mens, qui nous en reſtent, à l'aide des anciens ..ains, que Salluſte a pu conſulter, et de ceux .. ont eu ſon ouvrage en main.* Poſtea vero ..m ſenſit difficultatem, imitatione aſſequendi ..ris dicendi morisque narrandi Salluſtiani; ..uo conſilio, Francice vertit, et quae colle..a, et ipſa bella Salluſtii, Catilinare et Jugur..m, ex aliis fontibus hauſit, quae in perditis ..ii hiſtoricis enarrata fuerint, aut ſupplevit ..s et continuavit hiſtoriam Salluſtianam, at..multas hiſtoricas politicasque adiecit obſer..ones. Inſcriptio operis haec eſt: *Hiſtoire de .. République Romaine dans le cours du VIIe Sié.. ..ar Salluſte, en partie traduite du Latin ſur l'ori.. .. en partie retablie, et compoſée ſur les fragmens, ..ont reſtés de ſes livres perdus, remis en ordre ..ur place veritablement ou la plus vraiſemblable* — Dijon 1777. III Voll. in 4 mai. Incipit a bello ..rthino a. U. C. 642. Salluſtii autem majus ..s comprehendebat viciſſitudines reip. Rom. .. mortem Sullae a. U. C. 676. usque ad le.. Maniliam 688, qua ſuadenda Cicero patri.. temere prodidit et Pompejo ſummam impe.. tradidit, cum ſumma reip. et libertatis perni.. Promiſerat idem Broſſius novam Salluſtii ..ionem cum variis lectionibus optimorum co..m, una cum ſcholiaſtis et fragmentis: at ..tum evulgavit fragmenta eodem ordine, quo ..locanda putavit, nullis vero antea incognitis

reper-

repertis, hac quidem epigraphe: *C. Salluſtii Cri*
hiſtoriarum fragmenta. Divione 1780. 4 mai. A
jectus eſt index fragmentorum et auctorum, u
illa inveniuntur.

Cf. *Götting. gel. Anzeig.* a. 1778. *Zug. be* p. 113-1
a. 1781. p. 95 ſqq.

Italice ab Auguſtino Ortica, Venet. 1518. 15
et 1545. 8. Poſtea multo melius a *Joanne Boni*
cio Marchione de Oria, Florent. 1550. 8. A
noſtro a D. *Joh. Bapt. Bianchi*, cum notis et tex
Latino, *Venet.* 1761. 8. Et a *Petro Maria Sa*
Jeſuita, *Auguſtae Taurinorum* 1761. II Voll. in

Angliæ a *Thoma Gordon*, ſine hujus nomin
mentione, *Lond.* 1744. 4 mai. Haec verſio int
praeſtantiſſimas jure refertur. Praefatio argume
tum, characterem, vitia Salluſtii, tam in moribu
quam in dictione, perſequitur, geminum ejus be
lum inter ſe comparat, Jugurthinum Catilinar
praefert; quemadmodum eum cum Tacito qu
que confert, cujus laudes non attingere cen
Salluſtium. Praefixae ſunt verſioni novem diſſe
tationes politicae *(political diſcurſes)*, bonae fru
pleniſſimae. Prima agit de factionibus. Secun
patriae amantes cives et parricidas ſeu tyrann
depingit. Tertia abdicationem Syllae expen
Quarta agit de ſuperbia et impotentia Patriciorum
poſt expulſos reges. Quinta de inſtitutione et p
teſtate tribunorum plebis. Sexta de corrupte
tribunalium Romanorum in ſpecie, et de viole
tiis, quae ſubditas iſti imperio provincias oppr
ſerunt. Octava de bello civili perorat. Nona
ultima de mutabilitate gubernationis. Hae diſſe
tationes *Gallice* quoque exſtant, ſ. l. 1759. 12 m

Cf. Acta Erud. a. 1749. p. 178 - 190.

Rece

Recentior verſio Anglica, a Guilielmo Roſe ela-
rata Lond. 1757. minus nobis innotuit.

Celebris admodum eſt interpretatio Hiſpana, m una cum textu et animadverſionibus ſplen- ſſime excuſam in lucem edidit filius regis Hi- niarum, nuper demortuus, Gabriel, hac inſcri- ne: La conjuracion de Catilina y la Guerra de urtha por Cayo Salluſtio Criſpo; ad calcem le- r: En Madrid por Joachim Ibarra, Impreſſor Camara de Rei noſtro Señor 1772. fol. In prolo- git Princeps de ſuo conſilio et ratione inter- tandi, nec non de verſionibus Hiſpanicis anti- oribus. Quae Cortius gloſſemata habuit, ideo- delevit, ea Princeps frequenter reſtituit. In madverſionibus doctis potiſſimum ſuam inter- tionem explicat vindicatque; Cortium ſaepi- futat aut de lectionis veritate diſputat. In dita commentatione D. Franc. Perez Bayer, plures hujus editionis dotes deberi videntur, ngua litteriſque Phoenicum, horumque et co- iarum Phoeniciarum numis erudite differit.

C. Gätting. Anzeig. a. 1780. Zugabe p. 507 - 512.

Tiſce bellum Catilinarium *) a Thoma Abbtio, ſopho Germanorum celeberrimo, cujus poſt m demum verſio iſta prodiit, Stadthagae . 8. Pluribus in locis feliciſſime aſſecutus eſt ium Abbtius, quippe qui ipſe ſimili ingenio, hiſtoricus Romanus, eſſet. Minus perfecta ematuram Abbtii mortem evaſit. Nihilo s hac inferior eſt verſio recentior Gothofredi rdi Boettgeri, Lipſ. 1771. 8.

Prae-

*) Secundam partem ſ. bellum Jugurthinum, addidit Joh. Franc. Wagner, Lemgov. 1771. 8.

Praeter Scripta Salluſtium illuſtrantia iam co mendata notamus ſequentes:

Liebhard. LUDOVICI LIEBHARD, Profeſſoris quo dam hiſtoriarum in Gymnaſio Baruthino, Co mentatio in Criſpi Salluſtii primordia; cum pr fatione de reducenda antiqua philoſophia. *Beru* (ſic ſcripſit) 1664. 4. Haud inepte illuſtrat m illius aevi capita V belli Catilinarii obſervationi grammaticis, philoſophicis et politicis.

Rupert. CHRISTOPHORI ADAMI RUPERTI Obſ vationes civiles, morales et grammatico - philo gicae ad C. Criſpi Salluſtii Bellum Catilinariu Jugurthinum, Fragmenta et Orationes de rep. dinanda. *Norib.* 1671. 8.

Moller. DAN. GUIL. MOLLERI Diſſ. de C. Sallu Criſpo. *Altorf.* 1684. 4.

de St. Evremont. CAROLI DE ST. DENIS, Dom. DE EVREMONT *Obſervations ſur Salluſte et ſur Ta* in ejusd. Opp. (*à Amſt.* 1726. 8.) T. II. p. 431

Peverat. ANGELI MARIAE PEVERATI Adnotatio in C. Salluſtii hiſtoriam de conjuratione Catili et bello Jugurthino, nec non ſynopſis de hiſto *Ferrariae* 1731. 8. Eruditis potiſſimum gra ſunt annotationes *Turcii Rufi Aſterii Apronia* inſertae.

Tercier. TERCIER *Mémoire ſur le portrait que Salluſt fait de Sempronia;* in *Hiſt. de l'Acad. des In* T. XXIX. p. 186 — 190. Salluſtius contra pinum defenditur.

Briegleb. J. C. BRIEGLEBII Diſſ. de ingenio phil phico Salluſtii hiſtorici: *Coburgi* 1779. 4. I index plurimarum Salluſtii verſionum.

Naſt. (J. J. H. NAST) Progr. de virtutibus hiſto Salluſtianae. *Stuttgard.* 1785. 4.

Cf. VOSSIUS de Hiſtoricis Latinis p. 73 - 76. FABRICII Bibl. Lat. T. I. p. 234 - 247.

HA

FABLESII Introd. in notitiam litteraturae Rom. P. II. p. 240-268.

✻ ✻ ✻

JOH. HERMANSSON et ANDR. GROENVALL ...rtationes de bello *Mithridatico.* Upſal. 1726. ... 8. — Hermanſſon et Groenwall.

...LII EXSUPERANTII Opuſculum de Marii, ... et Sertorii bellis civilibus; inter *Sylburgii* ...or. hiſt. Rom. T. I. p. 659 ſqq. et inter *Gru.* Script. hiſt. Rom. T. II. p. 700 ſqq. et in Hi... Rom. Epitomis (*Florent.* 1723. 8.) T. II. ... ſqq. Et in Salluſtio Cortiano *Lipſ.* 1724. 4. ... cum notis quibusdam *Johannis Waſſe*; in ...o a *Burmanno* ed. *Amſt.* 1724. 4. T. II. ... ſqq. — Nec quis fuerit Exſuperantius, ...ando vixerit, cognitum habemus. Opu... ejus incipit a Metelli contra Jugurtham ...tione, cui Marius interfuit: finit in victoris Pompeji, poſt interfectum Sertorium et con... per Hiſpanias bellum, ad Urbem reditu ... Chr. nat. LXIX). — Exſuperantius.

... DE SAINT-REAL *Affaires de Marius et* ... in ejus Opp. T. I. p. 227 — 300. *Theo-* ... T. I. p. 69 — 112. — de S. Real.

...sdem *Conſidérations ſur Luculle*; in ejus ... T. II. p. 3 — 35. *Theotiſce* T. I. p. 115-146.

...H. ADOLPHI HARTMANNI Diſſ. hiſtori-...tica de *L. Cornelio Sulla. Marburg.* 1727. 4. — Hartmann.

...V. HENRICI KLEEDITZII Diſſ. de L. Sullae monarchico imperio. *Vitemb.* 1744. 4. — Kleeditz.

C. G. HEYNII Progr. de *belli ſocialis* cauſſis ...tu, reſpectu ad bellum cum coloniis ...anis geſtum habito. *Goetting.* 1783. fol. ...*d.* Opuſc. Vol. III. p. 144 — 161.

Salluſtius. C. CRISPI SALLUSTII Hiſtoria conjurati nis *Catilinae*. V. modo de Salluſtio expoſita.

Felicius Durantinus. CONSTANTII FELICII DURANTINI conjuratione Catilinae liber, ad Leonem X Pon ficem Rom. culto ac diſerto ſtilo ſcriptus, ſubii tur Salluſtii quibusdam editionibus, ut Baſilee (1564. fol.) p. 457 ſqq. et Cortianae, Lipſ. 1724. Et Cortius quidem in praefatione: Sunt illa eju modi, inquit, quae de rebus Ciceronis ſcribe adferenda fuiſſent: non vero illi, qui de conju tione Catilinae paucis abſolvere conſtituerat.

Boecler. JOH. HENRICI BOECLERI Diſſ. hiſtoric politica de conjuratione Catilinaria. *Argent.* 16 4; et inter *ejusd.* Diſſertatt. acadd. (*Argent.* 17 4.) T. I. p. 504 ſqq.

La congiura etc. *La congiura di L. Catilina.* In Bologna 1681 Libris mediocribus adſcribit Lengletus: niſi fo ſit verſio Salluſtii.

Ferracci. M. ANTONII FERRATII Epiſtola de con ratione Catilinae; inter *ejusd.* Epiſtolas (*Ve* 1738. 4.) p. 202 — 209.

Hiſt. de Catilina. *Hiſtoire de Catilina, tirée de Plutarque, de* *ron, de Dion, Salluſte, et des autres Hiſtorien* *l'Antiquité.* à Amſterd. 1749. 8. — Auctor,

Seran de la Tour. RAN DE LA TOUR, cujus iam bis in hoc o meniminus, quo conſilium ſuum, poſt Sallu hiſtoriam Catilinae ſcribendi, defenderet, hiſt Romani laudem paullulum imminuere in pr tione conatur. Quum enim duo ſint, qua bonum hiſtoricum requirat, primo, ut a par ſtudio ſit alienus; deinde, ne quid earum re ſileat, quae momentum aliquod habere videar utramque hanc virtutem in Salluſtio non int ratam reperiri, probandum ſibi ſumit. Ipſe

lis deſcriptus eſt in tres alios libros, quorum prior Catilinae genus, educationem, juventutem, Africae adminiſtrationem, crimina peculatus et inceſtus, atque alia cum his conjuncta, usque ad illud tempus, quo in Conſulatus petitione repulſus, Cicero autem electus eſt, complectitur; ſecundus de conjuratione exponit, usque ad egreſſum Catilinae in caſtra Manlii; tertius denique illius eventum commemorat. Ipſum orationis genus. paullo interdum propius ad declamatorum dictionem, ut in aliis hujus auctoris ſcriptis accedere videtur, quam hiſtoriae verecundiam decebat.

Cf. Nova Acta Erud. a. 1754. p. 705 ſqq.

Scriptores veteres et recentiores, qui vitam Ciceronis ex inſtituto ſcripſerunt.

PLUTARCHI vita *Ciceronis;* inter *ejusd.* Vitas parallelas; et *Latine*, LEONARDO ARETINO interprete; adjecta eſt plerisque antiquioribus Operum Ciceronis editionibus: de qua tamen Aretini interpretatione merito judicavit *Fabricius* in Bibl. Lat. T. I. p. 138. (ed. Erneſt.) eum, pro Plutarchi interpretatione, novam Ciceronis vitam dediſſe. Caeterum Plutarchus, cum in aliorum Romanorum vitis, tum in Ciceronis maxime vita, incuriam et feſtinationem ſaepius prodidit, gravisſimas et memoria dignisſimas res, a Cicerone geſtas, negligenter percurrens, et in ſomniis ac fabulis haerens. Plutarchus.

(SECOUSSE) *Remarques ſur la vie de Cicéron, écrite par Plutarque;* in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcr.* T. VII. p. 148 — 157. Secouſſe.

Angeli. JACOBI ANGELI hiſtorica narratio de vi rebusque geſtis *M. T. Ciceronis*, quam Romae obſcura ac pervetuſta quadam bibliotheca, a tiquo exaratum ſtilo Ao. 1553. reperit et ab i teritu vindicavit, atque poſtremam limam ex minavit WOLFG. PERISTERUS, Boruſſus. *Be lini* 1553. 8. Adjecta etiam DAV. CHYTRA tabula de vita Ciceronis; de qua poſtea Eſt haec narratio, teſte *Frankio* in Catal. bi Bünav. T. I. Voll. II. p. 1158, nihil aliud, qua verſio Latina vitae Ciceronis, a Plutarcho d ſcriptae.

Preyſius. CHRISTOPHORI PREYSII M. T. Cicer nis vita et ſtudiorum et rerum geſtarum hiſt ria, ex ejus libris teſtimoniisque potiſſimum o ſervata atque conſcripta; item: Oratio de imit tione Ciceroniana. *Baſil.* 1555. 8. — Aucto Hungarus, adjunctus facultatis philoſ. in unive ſitate Francofordiana, Melanchthonis amicus, ſ lo facundo hanc Ciceronis vitam expoſuit.

Cf. HORANYI Memoria Hungarorum P. III. 102 ſqq.

Corradus. SEBASTIANI CORRADI (*inſignis Philolo et Poëtae Itali* † 1556.) in M. T. Cicero quaeſtura relata Joh. Bapt. Ignatio et Jo. Pier Valeriano Coſſ. V. id. April. A. C. 1536. Ven 1537. 8. (Editio princeps ac rariſſima). Poſt Corradus alteram quaeſturam in lucem emiſ hoc titulo: Quaeſtura, in qua vita Ciceronis r fertur et ab iniquis judiciis vindicatur, cum q busdam aliis. *Bononiae* 1538. 8. Secundam ha quaeſturam *Jacobus Gronovius* typorum form lis repeti juſſit *Lugd. Bat.* 1667. 12. Illam v ro primam Quaeſturam omnes Ciſalpini diutiſ me ignorarunt; neque fortaſſis adhuc in no tia

... hominum eruditorum veniſſet, niſi *Nicol.*
...*ius*, Bernas, homo litterarum intelligent illi-
..., ex peregrinatione Italica ad Batavos, et Ha-
...Comitum, ubi privatus vixit, ſecum attuliſ-
... Is enim eſt *amicus*, cui pereximium iſtud
Anzeig. a. 1771. *Zugabe* p. 222 ſqq.). Alter
inſcripta eſt: *Hiſtoire des douze Céſars de Su*
traduite par HENRI OPHELLOT DE LA PA
avec des mélanges philoſophiques et des notes.
ris 1771. IV Voll. in 8. Et huic verſioni ar
typum adjunctum. Nimia libertate ac negli
tia uſus eſt interpres. Singulis Imperato

.. in fine additae ſunt annotationes nonnullae, .. tionem haud ſingularem ſpirantes; atque .. ymi cujusdam excurſus ſive diſſertationes, .. mam partem utiles aeque ac jucundae. .. Philologiſche Bibl. T. I. Sect. V. p. 263 - 278)

Italice Suetonium reddidit Paulus del Roſſo; .. nus; quae verſio ſaepe typis repetita eſt, .. Venet. 1556. 8. Florent. 1611. 8. Venet. .. Cum figg. aen.

Anglice ab anonymo Lond. 1677. 8. Cum .. aen. Et interprete Johanne Clarke, Lond. .. 8.

Teutiſce a Joh. Franc. Wagner Lemgov. .. 8. (Cf. Allgemeine teut. Bibl. Anhang zu .. bis 24. B. T. II. p. 749 ſqq.)

Suetonii vitis varii varie judicarunt. Ex .. rioribus in primis Voltarius (v. c. in Pyr.. de l'hiſtoire c. 7.) et Linguetus (in Praef. .. ſtoire des Revolutions de l'Empire Romain) .. ejus carpere aggreſſi ſunt: alii contra eum .. ere ſummisque laudibus extollere. Audia.. omnibus aliis ſepoſitis, judicem incorru.. t doctiſſimum, Joh. Aug. Erneſtum. Ille .. praefatione ad editionem a ſe elabora.. „Eſt profecto, inquit, Suetonius ſcriptor is, .. s lectionem in primis adducendos juve.. utem. Nam, ut non dicam de hiſtoria .. rum, quam ille incorrupta fide tradit, ma.. neceſſaria ſtudioſis, et digniſſima cognitu: .. prope antiquitas Romana, cum ſacra, tum .. et militaris, et quae libera republica, et .. ab Caeſaribus fuit, cognoſci ex eo haud .. melius ac certius, quam e vulgaribus de .. tate Romana libellis, poteſt, ſi ab idoneo .. o explicetur atque illuſtretur. Etenim, .. m hac ratione uſus eſt, ut, per omnes

vitae

vitae partes, quales fuerint Caeſares, tradide
quo genere orti, quibus literis inſtituti, per q
gradus honorum ad ſummum producti, quid
republica, domi foriſque, gefferint, inſtituer
ſanxerint: nulla eſt antiquitatis, neque priva
neque publicae, pars, quam non vel attig
vel illuſtrarit, cujus exponendae occaſionem
dederit. Plurimum etiam ad prudentiam p
fuerit Suetonii lectio aſſidua. Etenim om
Principum et aulicorum bonae malaeque a
perſpicue expoſitae reperiuntur, unde capere
bi quisque, quod ſequatur, vitetque, poſſit. Ip
dicendi genus breve eſt, apertum, terſum,
gans, et, praeterquam in paucis, quae ipſi a
et tempus adſperſit, facile illa, admonitu i
praeceptoris, cavenda, imitatione dignum i
mili materia. Etiam hiſtoriae diligenter cum
de tradendae, fideique ſcriptorum intellige
et judicandae, exemplum a Suetonio peti p
quippe ita eminent in eo fidei notae, ut in
ſputatione noſtra de Fide hiſtoricorum recte
ſtimanda *) demonſtratum eſt, ut facile ag
poſſint, praeſertim ab eo, qui ad tales res a
advertendas ingenium acuere ſtuduerit. Ita
et hoc ex merito contigit, ut omni tempor
ſummis, et ejus rei judicandae maxime id
hominibus, etiam illo ipſo, qui omnia divin
humana libenter in dubitationem adducebat,
lio, hoc nomine laudaretur et commendar
Quo magis miratus ſum, cum aliquem **)
o

*) De qua v. hujus bibl. Vol. I. P. I. p. 14 ſqq.

**) Eſt is HENRICUS HEISEN, olim Prof.
et poëſ. Bremenſis, qui Suetonii fidem ſugilla
triplici diſſertatione de Imperatoria majeſtate,
mis hiſtoriae Auguſtae conditoribus indigniſſime
ta; in *Symbolis litter. Brem.* T. II. P. II. p. 24
P. IV. p. 647 ſqq. et T. III. P. I. p. 1 ſqq.

...um vidi, in Symbolis Bremenſibus, qui inge-
... et doctrina ſua ad Suetonii fidem labefactan-
...m abuteretur. —. Sed illius totius diſſertatio-
...s refutatio neque conveniens eſt huic loco,
...que neceſſaria. Etenim tam infirmis argumen-
...tur, tam clara latinitatis non ſatis intelle-
...e documenta habet, ut neque Suetonio obfu-
..., neque cujusquam, ſatis latine docti, ani-
... commotura videatur." Quae cum ſane
... et recte dicta ſint: tamen Suetonius ea
...atione, qua minutias, biographo indignas,
...us fuerit, vix liberari poterit. Vituperatur
..., quod in vitiis nimis haeſerit, et quod ni-
...obſcoena accurate narret: quod tamen ae-
... et conſuetudini ſaeculi tribuendum eſt;
...em etiam ex Patrum eccleſ. ſcriptis turpia
...tam nimis copioſe narrata colligantur. O!
...es eſſent Suetonio ſimiles hiſtorici! horum
... reverentia Principes cupiditates ſuas eſſent
...turi.

...d illuſtrandum Suetonium faciunt ſcripta
...ntia:

...ATTHIAE BERNEGGERI in C. Suetonii ...quilli XII Caeſares Diatribae. *Argent.* 1623. — Non in integrum Suetonium, uti moli... Berneggerus, ejus diſſertationes, quae ...genere politico ſunt, prodierunt. Bernegger.

...OH. HENR. BOECLERI Diſſ. in Suetonii Ju... Caeſarem. *Argent.* 1645. 4. Boecler.

...AN. GUIL. MOLLERI Diſſ. de C. Sueto... ...anquillo. *Altorf.* 1685. 4. Moller.

...AISNE' *Remarques ſur la perſonne et les ecrits ...tone;* in *Nouvelle Recueil de pièces fugitives ...art etc. par M. l'Abbé* Archimbauld T. I. (à ... 1717. 8.) Defenditur Suetonius contra ob...cutores. Laiſné.

ANT.

v. Dale. ANT. VAN DALE Diſſ. de ſtatua Sim Mago erecta, qua occaſione agitur de Chr Suetonii; poſt *ejusd.* Diſſertt. de oraculis (*A* 1700. 4.) p. 579 ſqq.

Cuperus. GISB. CUPERI Epiſtola de Chreſto Suet contra A. van Dalen; in ejusd. *Lettres critiq de litterature et d'hiſtoire* (Amſt. 1743. 4.) p. 509

Heumann. CHPH. AUG. HEUMANNI Diſſ. de Chre Suetonii ad Claud. XXV, qua Chriſtum intell adverſum Ant. van Dale defenditur. *Jenae* 1709

Roſſal. MICH. ROSSAL Obſervatio de Chriſto, errorem in Chreſtum commutato etc. *Gronin* 1717. 8.

la Motte. CAROLI LA MOTTE *Diſſ. ſur le nom de C ſtus, dans laquelle on fait voir, contre l'opinion Uſher, van Dale et le Clerc, que Suetone a ent par-là N. S. Jeſus Chriſt;* in *Nouv. Bibl.* a. 17 Jan. T. IX. p. 235 ſqq.

Examen divinitatis, quam in Carmelo V ſpaſianus conſuluit, ſive C. Suetonii Tranq locus de Deo Carmelo Hiſpanice explicatus Excellentiſſimum Dominum D. GASPAREM

de Mendoza. MENDOZA, interprete *Daniele Papebrochio. A verp.* 1698. 4. — Archetypum prodiit a. 16 oppoſitum quidem ineptiis Carmelitarum mo chorum, qui ſomniarunt, memoratum apud S tonium et Tacitum Deum Carmelum ver eſſe Deum, et Veſpaſianum ſua aetate contin tam ſucceſſionem diſcipulorum Eliae in mo Carmelo deprehendiſſe.

Cf. Acta Erud. a. 1698. p. 533 ſqq.

Boſius. JOH. JAC. BOSII Diſſ. de Carmelo mo et deo, ad illuſtrandum Suetonium in Veſpaſi cap. V. *Lipſ.* 1740. 4.

Cf. VOSSIUS de hiſtoricis Latinis p. 165 ſqq.
FABRICII Bibl. Lat. T. II. p. 451 ſqq.

❖ ❖ ❖

SEXTI AURELII VICTORIS de Caeſaribus liber. et de vita et moribus Imperatorum Rom. Epitome. V. ſupra p. 183 ſqq. — Aurel. Victor.

DIONIS CASSII COCCEJANI Hiſtoria Romana Graece et Latine, cum JOH. XIPHILINI Epitome. — Dio ſ. Dion Caſſius ſ. Caſſius ...o patriam habuit Nicaeam, Bithyniae urbem. ...r ei fuit Apronianus, Ciliciae Praefectus. ...ando in Italiam venerit, non conſtat. Ibi ... ſolum in foro cauſſas egit, ſed etiam a. ... 180, Imperatore Commodo, in ſenatum ...s eſt, et varios geſſit honores. A ſucce... Imp. Pertinace Praetor fuit deſignatus. ... Macrino a. 218 Smyrnae et Pergamo prae...us eſt. Sub Alexandro Severo a. 222 aut ... primum conſul creatus; et ſequentibus an... eſt proconſul in Africam, et deinceps in Dal...iam et ſuperiorem Pannoniam miſſus. Re...ctus quum a militibus Praetorianis, qui ... ſeveritatem diſciplinae militaris metuebant, ...tem expeteretur, ab imperatore, apud ... auctoritate cum primis valuit, non ſolum ... impetu militum defenſus et liberatus, ſed ... a. 229 ſecundum conſul creatus eſt. At ...er vim et nutum militum alicubi extra Ro... commoratus eſt in Italia tempore hujus ...latus: quo exacto rediit Romam, ac dein... profectus eſt ad ipſum Imperatorem in Cam...iam, verſatusque cum eo per aliquot dies, ...aque a militibus cum magna ſecuritate do...m rediit. Quod pedibus laborabat, venia ab ...ratore in patriam revertendi impetrata, re-

liquum — Dio Caſſius.

liquum vitae ibi transegit. Mortuus eſt poſt Chr. 229: annus obitus ipſe definiri nequit.

Hic igitur vir conſularis hiſtoriam Romana ab urbe Roma condita usque ad Alexandri S veri conſulatum tertium, LXXX libris compl xus eſt, quorum priores XXXIV cum par ſubſequentis injuria temporum interciderunt. quentes XXV integri exſtant, et a Q. Mete rebus in Creta geſtis A. U. C. 686 incipiu in morte Claudii Imp. ſ. A. U. C. 806, Ch 54, deſinunt. Sexageſimum excipientes libri p rierunt, niſi quod ex iis (praeter fragmenta brorum LXXVIII et LXXIX) per Johanne Xiphilinum et neſcio quem Theodoſium exc pta reperiuntur. Haec, ex LXI libro, incipiu a morte Claudii Imp. et, ex libro LXXX, d ſinunt in Imp. Alexandri Severi conſulatu t tio, qui eſt imperii annus 8, Urbis 981, Chr 229. *Nicolaus Carminius Falconius*, Metropo eccleſiae S. Severinae in Bruttiis ulterioribus regno Neapolitano, amiſſa Dionis reſtiturum promiſerat, et diu illuſerat viros doctos: at p quam Dionem edere coepit, ſtatim perſpect eſt, eundem particulis quibusdam, quae ad P tarchum pertineant, at in Excerptis Urſinia et Peireſcianis perperam Dioni tributa eſſent, ceptum, ex nonnullis Plutarchi et Zonarae bris centonem turpem conſuiſſe. Prodiit pri tantummodo tomus, ſic inſcriptus: *Quinti C Dionis Coccejani* Romanae hiſtoriae, ex ejus o ginta libris, *tomus primus*, continens priores lil viginti et unum ab Urbe condita usque ad C. annum DCX poſt everſam Carthaginen Corinthum, nunc primum detectos, reſtitu concinnatosque, et nova fere verſione, et petuis ſuis variorumque notis, auctos ſtudi

lab

labore *Nic. Carminii* Falconii etc. *Neapoli* 1747.
... Prolegomena, ſatis ampla, et lectu jucunda
pariter atque digna ſunt, certe optimam libri par-
tem conſtituunt. Ineſt v. c. Dionis vita, hiſtorica
... bibliotheca, clarorum ſcriptorum judicia
de hoc hiſtorico etc. Qui plura forte ſcire velit
de hoc infelici auſu, adeat *Nova Acta Erud.* a. 1752.
...—684; vel Marchionis SCIPIONIS MAF-
FEI epiſtolas tres, Italice ſcriptas (*Tre Lettere del*
... *Marcheſe Scipione Maffei etc.* Veronae 1748.
... quarum prima agit de primo tomo Dionis, a
...nio edito (Cf. *Nova Acta Erud.* a. 1752.
... ſqq.); vel editionem Fabricio - Reimaria-
..., quae ſine dubio optima et recentiſſima hac
...itur epigraphe: Τῶν Δίωνος τοῦ Κασσίου Κοκ-
... Ῥωμαϊκῶν ἱστοριῶν τὰ σωζόμενα *Caſſii Dionis*
...ni Hiſtoriae Romanae quae ſuperſunt *Volu*-
... quod complectitur fragmenta librorum I —
..., cum annotationibus maxime *Henrici Va-*
... libros XXXVI — LIV integros, cum anno-
...ibus *Jo. Alberti Fabricii* ac paucis aliorum.
... ex codicibus MStis et fragmentis ſupple-
... emendavit, Latinam verſionem Xylandro-
...vianam limavit, varias lectiones, notas
...um et ſuas, cum apparatu et indicibus, adie-
... *Hermannus Samuel Reimarus*. Hamburgi 1750. —
... *II*, quod complectitur libros Dionis
... — LX, paſſim mutilos et breviatos, cum an-
...ibus *Fabricii* et nonnullis aliorum; libros
... Dionis LXI — LXXX, ex compendio *Jo.*
..., cum annotationibus *H. S. Reimari*, qui
...s fragmenta reperta ſuis locis inſeruit, va-
...tiones et annotationes adiecit etc. *ibid.* 1752.
...i. De hac perfectiſſima ac ſplendida editio-
...ae cum interna tum externa dignitate poteſt
... cum omnibus omnium gentium libris, ad

hoc inſtitutum editis, cf. *Nova Acta Erud.* a. 175
p. 49 — 69. a. 1752. p. 625 — 642. *Relation*
de libris novis a. 1752. Faſc. III. p. 32 — 45. *Z*
verläſſige Nachr. von dem Zuſtande der Wiſſ. p. CXX
p. 1 — 33.

Itali verſionem Dionis, a *Nicolao Leonice*
elaboratam laudant; prodiit *Venet.* 1532. 4. *ibi*
1542. 8. Recentior eſt, quam paravit *Franc. Ba*
delli, Venet. 1565. 4. *Francogallica* exſtat *Clau*
de Ruſiers, Pariſ. 1542. fol. *Theotiſcae* binae verſio
nes eodem fere tempore prodierunt; altera eaqu
melior, elaborata a *Joh. Auguſtino Wagner*, Co
rectore Gymnaſii Martisburgenſis, *Francof.*
Moen. 1784 — 1786. VI Voll. in 8. Altera, mu
tis annotationibus onerata, ab *Abrahamo Jaco*
Penzel, Lipſ. 1786. 8 mai.

Hic igitur Dio alias artis hiſtoricae regulas o
ſervavit, alias neglexit. Eſt pluribus in partib
ſcriptor gravis, nec a fide prorſus, ut quidam v
lunt, alienus. Ad intelligendam Imperatoru
hiſtoriam multum facit, ſi cum Suetonio et Taci
conjungatur. Integra ſi ſervata fuiſſet ejus hiſt
ria, quam ad ſua tempora continuavit, ſaeculu
nimirum tertium, haberemus, qua nobis care
dum, contextam hiſtoriam Romanorum. Pub
cis ubique monimentis utitur, veterum quoque
gum formulas eleganter exprimit. Notandu
maxime in eo eſt partium ſtudium, quo odio
Pompejanos, Ciceronem in primis *), aliosq
nimium concedit, quare etiam de Pompejanoru
variis erroribus poſt proelium Pharſalicum dilige
ter agit. Senecae obiicit adulterium cum Ner
nis matre, et quod cauſſa fuerit ejusdem inter
ctae. Plagii quoque notatur ab Henrico Valeſi
qu

*) ob id vero acriter notatus a *Middletono* in Pra
operis ante laudati.

…d multa de verbo ex Plutarchi Sylla deſcripſe-
… Haud raro indignitatem movet ſuperſtitione,
… nimius eſt in prodigiis et vaticiniis commemo-
…dis, multisque rebus levioris momenti enarran-
… Muneribus vero, quibus functus eſt, et pe-
…nationibus id aſſecutus videtur, ut ea ſcribe-
…, quae ipſe tractaſſet, aut quorum longe certior
…poſſet, quam privati homines. Noverat enim
…s bellorum, praeerat exercitibus, uſu mili-
…m peritiam adeptus fuerat, ſciebat artes reip.
…miſtrandae, arcana civilis prudentiae in Sena-
… optimatibus cognoſcebat, atque adeo ipſis
…atoribus familiaris erat, ut ei non eſſet diffi-
… Dominorum conſilia occultiora introſpicere.

Cf. HERM. SAM. REIMARI Epiſtola ad Angel. Reimarus.
…m Quirinum, qua, occaſione edendi Dionis
… ad Nic. Carmin. Falconis editionem trium
…orum Dionis librorum animadverſiones non-
…s ejus judicio ſubmittit. *Hamburgi* 1746. 4.

…SCHIRARCHII) *Hiſtoriſche Zweifel und Be-*
…ngen (Halle 1768. 8.) p. 21 — 71. Inge-
…aeque ac docte Dionis vitia carpuntur atque,
…hus ejus ſilentio praetermiſſis, tam acriter
…r, ut nihil prorſus boni hiſtoriae illius in-
…nderes. Schirarch.

❧ ❧ ❧

…LIANI, ſive, ut in antiquis inſcriptionibus Julianus.
… FLAVII CLAUDII JULIANI. *Caeſares*,
…us ſatirico more vitas Imperatorum Roma-
…n perſtringit ipſe Imperator, edidit primum
…e et Latine *Carolus Cantoclarus*, Pariſ. 1577.
… cum aliis Juliani operibus idem *Cantoclarus*
1583. 8. Poſtea cum aliis ejuſdem operibus
…us *Petavius* ibid. 1630. 4. Praeclariſſima
… et emendatiſſima eſt editio horum Caeſarum,

quam cum integris annotationibus aliquot docto rum virorum et ſelectis *Ezechielis Spanhemii*, inter pretatione item Latina et Gallica, additis Impera torum numis ex inſtituto et bibliotheca *Chriſtian Sigismundi Liebe* recenſuit *Joh. Michael Heuſinge* Gothae 1736. 8. Acceſſit Sponii Diſſertatio d uſu numorum in phyſiognomia, et vita Julian Altera *Heuſingeri* editio prodiit *ibid.* 1741. 8. Edi tio et verſio *Spanhemiana* prodierat primum *Heide bergae* 1660. 8. Deinde *Pariſ.* 1683. 4. Splen didiſſima vero et elegantiſſima ſecundisque cur limata multoque plenior proſtat editio *Amſtelode menſis* 1728. 4 mai. Inſunt CCC et quod excu rit numi aliaque antiquitatis monimenta, a *Bernar do Picarto* ſcitiſſime aeri inciſa. Iidem Caeſares Graece et Latine ex editione Heuſingeriana, ex cerptis ex eadem notis additisque nonnullis pro priis a *Chriſtoph. Theoph. Harleſio*, Erlangae 178 8. — *Theotiſce* Caeſares reddidit *Joh. Georg. Lo ter* in *Schriften und Uebersetzungen der teutſchen Ge ſellſchaft in Leipzig* T. II. p. 371 ſqq. Recentio eſt verſio *Hermanni Jacobi Laſii*, qui et Miſopo gonem Juliani addidit, *Gryphiswaldae* 1770. 8 Recentiſſime ab anonymo, qui eſt *Chriſtph. Go dofr. Bardili*, Halae 1788 8 mai. *Italice* in *Nuov Racolta di Opuſcoli Toſcani* (1765.) T. I. Qui igitur Julianus ſatiram potius, quam hiſtoriam compoſuit, diutius in eo haud moramur.

Zoſimus. ZOSIMI Hiſtoriae Romanae libri VI. — Q ſcriptor Graecus comes et exadvocatus fiſci, v xit tempore Theodoſii junioris Imp. Primus ej operis, fauſto omine ab interitu vindicati, lib Caeſares ab Auguſto uſque ad Diocletianum pe currit: caeteris quinque fuſius et accuratius pe ſequitur res Romanas uſque ad Romam iterum a Alarico obſeſſam, Attalum ab eo deſignatum In

per.

peratorem, poſteaque ea dignitate exutum, et Sari ad Honorii partes tranſitum. Paullo tamen ulterius progreſſum eſſe, veriſimile eſt; nam quaedam in fine deeſſe videntur. Uſus eſt in opere condendo, nec tamen ſine proprio judicio, potiſſimum tribus ſcriptoribus Graecis deperditis, ſcilicet *Eunapii* Chronica, libris quindecim diſtributa, inde ab Imperatore Claudio II usque ad Honorium et Arcadium; ejusdem hiſtoria Juliani Imperatoris; *Dexippi* hiſtoriis; et *Olympiodori* hiſtoria libris XXII ab a. 407 usque ad 425; cujus excerpta proſtant in Photii bibliotheca. Ibidem ſtatuitur, dictionem Zoſimi eſſe brevem, perſpicuam, puram et ſuavem. Imitationem haud infelicem vetuſtiorum Graecorum hiſtoricorum optimae notae recte dixeris. Homo fuit paganus; unde creber eſt in vituperandis principibus Chriſtianis; quo nomine cum ab antiquis, tum a recentioribus reprehenditur. Sed alii ſano judicio eundem defenderunt. *Leunclavius* iam ſuperiore, et *Reitemeierus* noſtro ſaeculo, vere cenſuerunt, ne in iſtis quidem fidem facile Zoſimo eſſe abrogandam; nam et Chriſtianos principes vitiis minime levibus laboraſſe, quae fidelis hiſtoricus minime debeat praeterire. Vide ipſam *Leunclavii* pro Zoſimo apologiam, quam latino ſuo Zoſimo praemiſit. Eandem repetiit *Frid. Sylburgius* in editione ſua Zoſimi, quae exſtat inter ejusdem Scriptores hiſt. Romanae minores T. III. p. 623 sq. *Chriſtoph. Cellarius* Zoſimum ex recenſione Sylburgii et cum Latina interpretatione Leunclavii notisque variorum edidit *Cizae* 1679. 8, et *Jenae* 1713. 8. Optime vero de Zoſimi hiſtoria meritus eſt *Joh. Fridericus Reitemeier*, J. U. D., nunc Prof. juris ord. Francofurtanus, diſciplinae Heynianae alumnus minime infimus. Is enim exhibuit Zoſi-

Zoſimi hiſtorias Graece et Latine, notis criticis e commentario hiſtorico illuſtratas, *Lipſ.* 1774. mai. Subjectae ſunt ad calcem C. G. HEYNI animadverſiones nonnullae. Jam anno 178 Reitemeierus in Bibliothecae philologicae Li ſienſis Voll. II. diſſertationem de Zoſimi fide ha rum deliciarum cupidis tradiderat, e qua dignu hujus hiſtorici editorem cognoverant.

Suidas. Vitae Caeſarum a C. Julio Caeſare usqu ad Theophilum, excerptae ex SUIDA; Graec et Latine; in *Frid. Sylburgii* Scriptor. Hiſto Rom. T. III. p. 856 — 893.

Theod. Metochita. THEODORI METOCHITAE Hiſtoria Roma na, a Julio Caeſare ad Conſtantinum M. E potius pars libri tertii Annalium MICHAELI GLYCAE, de quibus infra inter Scriptores hiſto riae Byzantinae.

Impp. Rom. etc. Imperatorum Romanorum et Conſtantinop ſeries chronologica duplex; Graece et Latine in *Sylburgii* Scriptt. Hiſt. Rom. T. III. p. 894-9

Imperatorum Romanorum ſeries ab Augu ad Conſtantinum Monomachum; Graece et L tine; *ad calcem Chronici Paſchalis* (Pariſ. 1688. fo p. 410 — 412.

Catal. Impp. etc. Catalogus Imperatorum, ex antiquo DC annorum Codice Vaticano, ab Auguſto ad Ju num; in *Emman.* a *Schelſtrate* Antiqu. Eccl Illuſtrat. (*Rom.* 1692. fol.) p. 597 — 600.

Catalogus Imperatorum, ex antiquo DC a norum Codice, ab Auguſto ad Conradum; *ib* p. 636 — 644.

B. Scriptores recentiores.

Hoc loco reſpiciendum quoque ad op majora, quibus univerſa populi ſive imperii R mani hiſtoria comprehenditur, ſupra cap. VII.

ſti

ctione III. p. 186 ſqq. recenſita. Speciatim vero notentur ſequentes:

Il Libro degli Imperadori e Pontefici di FRANC. PETRARCA. Prima hujus libri editio non Veronae a. 1476 prodiit, ut *Fabricius* in Bibl. Lat. med. et inf. aet. T. V. p. 685 vult, ſed *Florentiae* 1478. fol. min. Quae editio in fine haec habet verba: *Finiſcono. Le vite de Pontefici e Imperadori Romani Da Meſſere Franciefco Petrarca* [illegible], *a ſuoi tempi compoſte. Dipoi con Diligentia et brevita ſeghuitate in fino nell anno M. CCCC. LXX. VIII. Impreſſum. Florentiae. apud. Sanctum Jacobum. de. Ripoli. Anno. M. CCCC. LXX. VIII.* Hanc editionem principem deſcribit *Denis* in *Merkwürdigkeiten der Garell. Bibl.* p. 75 ſqq.) Poſtea idem liber prodiit hac inſcriptione: *Chronica delle Vite de Pontefici et Imperatori Romani, alla quale ſono ſtate aggiunte quelle, che da tempi di Petrarcha inſino alla età noſtra mancavano.* In Venetia, *per maëſtro Jacomo de Pinci* 1507. 4. ibid. 1526. 8. *ibid.* 1534. 8. *Mirandulae* 1624. 8. Sine loci, quem alii *Genevam* alii *Florentiam* volunt, mentione 1625. 4. — Haec hiſtoria imperatorum Romanorum, aevo recentiore per alias oblivioni fere tradita, non omnibus viris litteratis a Petrarcha profecta videtur. Cf. *Denis* l. c. Petrarca.

BENEVENUTI DE RAMBALDIS (*Imola oriundi, litterarum eleg. Profeſſoris Bononienſis* † [illegible]) Liber Auguſtalis, ſ. Vitae Caeſarum a C. Julio Caeſare usque ad Wenceslaum. *Argentorati* 1504. 8. Cum ſupplemento Aeneae Sylvii in Tomo II ſcriptorum rerum Germ. *Freheri* ex edit. *Struvii* (*Argent.* 1717. fol.) T. II. p. 1 ſq. Et in *Franc. Petrarchae* Opp. v. c. Baſil. 1496 fol. Sine. *ibid.* 1581. fol. T. I. p. 516 ſqq. Nimia brevitate laborat libellus, nec erroribus caret. Rambaldi.

Corio. BERNARDINI CORIO (Hiſtorici Mediolanenſis circa finem ſaeculi XV) *Vite degl' Imperatori, da Giulio Ceſare fino à Federico Barbaroſſa;* cum ejusdem *Hiſtoria di Milano*, de qua alibi.

Egnatius. JOH. BAPTISTAE EGNATII (ſ. JOHANNIS DE CIPELLIS, *Archaeologi et Philologi Veneti* † 1553.) de Caeſaribus libri III, a Dictatore Caeſare ad Conſtantinum Palaeologum, hinc a Carolo Magno ad Maximilianum Caeſarem. Ejusdem in Spartiani Lampridiique vitas, et reliquorum annotationes. Nervae et Trajani atque Adriani principum vitae ex Dione, Georgio Merula interprete. Aelius Spartianus, Jul. Capitolinus, Lampridius, Flavius Vopiſcus, Trebellius Pollio, Vulcatius Gallicanus, ab eodem Egnatio caſtigati. Addita in calce Heliogabali principis ad meretrices elegantiſſima oratio non ante impreſſa. *Venetiis* 1516. 8. *ibid.* 1517. 8. (Editiones valde rarae.) *Florent.* 1519. 8. *Venet.* 1519. fol. Et in nonnullis collectionibus ſcriptorum hiſtoriae Auguſtae, ſupra p. 138 ſqq. indicatis. *Italice* hac epigraphe: *Le Vite degl' Imperatori Romani di Monſignor* Egnazio, *tradotte dal Latino, con due frammenti di Polibio, della diverſità delle Repubbliche, tradotti dal Greco, ambi da incerto. In Venezia* 1540. 8. Haec verſio etiam libris raris accenſetur. — Et hic ſcriptor vitas imperatorum breviſſime exponit.

Cf. CLEMENT *Bibl.* T. VIII. p. 16 ſqq.

Cuſpinianus. JOANNIS CUSPINIANI — de Caeſaribus atque Imperatoribus Romanis opus inſigne. *Baſ.* 1540. fol. Deinde hoc titulo: J. CUSPINIANI de Caeſaribus atque Imperatoribus Romanis opus inſigne, ab innumeris, quibus antea ſcatebat, mendis

Hunger. vindicatum; una cum VOLPHGANGI HUNGERI Jure

Jureconſulti doctiſſimi, annotationibus, quibus
innumera cum hujusce auctoris, tum aliorum
oque hiſtoricorum loca, et reſtituuntur, et ex-
plicantur. De utilitate vero hujus hiſtoriae ſi-
mulque auctoris ipſius vita, ex doctiſſ. praefa-
tionibus, operi praemiſſis, lector abunde cogno-
ſcet. Acceſſit etiam rerum et verborum tam
in annotationibus, quam ipſis Imperatorum vitis
memorabilium, copioſus index. *Baſileae*, ſine an-
no (qui vero eſt vel 1561 vel 1562.) fol. *Fran-*
1601. fol. — Opus de Caeſaribus ultimum
Cuſpiniani, cui, morte praeventus, ultimam
num adhibere non potuit. Incipit a Julio
Caeſare, et perducitur ad Maximilianum I. Au-
ctoris diligentia utilis ſolum eſt in enarrandis re-
bus ejus aetate vel paullo ante geſtis: in anti-
s brevis eſt et tritus. Poſt Conſtantinum VIII
ologum p. 528 — 579. (ed. alt.) agitur de
corum re militari, religione et ceteris eo-
rum moribus domeſticis. His adjunxit p. 595.
Petancii, Cancellarii Segniae, qui ſaepius
ncia oratorem egerat, et cui cum Cuſpi-
no inſignis fuit familiaritas, Tractatio ad Vla-
um, Hungariae et Bohemiae regem, quibus
bus Turci ſint adgrediendi. Illius in fine
catum eſt Maximiliani I Imp. elogium.
ni libro finis imponitur Cuſpiniani diario de
greſſu Caeſaris Maximiliani Auguſti, et trium
m, Hungariae, Bohemiae et Poloniae, Vla-
i Ludovici ac Sigismundi, in urbe Vien-
ſi facto d. XVII Julii anno Chr. 1515. *Wolf-*
Hunger erat jureconſultus ſaeculi XVI
errimus, Profeſſor juris in Academia Ingol-
enſi, Cancellarius Friſingenſis, et Camerae
rialis Spirenſis Aſſeſſor.

Cf. FREYTAGII Apparatus litt. T. I. p. 584 ſqq.

Mexia. PETRI MEXIA *) *Hiſtoria Imperial y Ceſa en la qual en ſumma contienen las vidas y hechos d dos los Ceſares Emperadores de Roma, desde Julio C haſta el Emperador Maximiliano.* En Sevilla 1 fol. *Italice* a LUDOVICO DOLCE, qui et add nes et continuationem adjecit, *Venet.* 1561. 4. 1583. 4.

Dolce.

Huttich. JOH. HUTTICHII (*Moguntini, Can Argentoratenſis, Theologi et Archaeologi* † 15 Vitae Imperatorum et Caeſarum, cum imagin ad vivam effigiem expreſſis. *Argentinae* 152 *ibid.* 1534. 8. *ibid.* 1537. 8. *Lugduni* 1550. 8. (diti ſunt huic editioni cum icunculis et elen verſus Auſonii, Micylli et Urſini). Eaedem, au et caſtigatae opera JOH. SAMBUCI. *Arg.* 155

Reuſner. NICOLAI REUSNERI (*Leonberga-Sileſi, ti, Rhetoris, Hiſtorici et Philologi, mox Arg nenſis, mox Jenenſis* † 1602.) Imperatorun Caeſarum Romanorum a C. Julio Caeſare u ad Maximilianum II, breves deſcriptiones, et ſonii, Micylli, Urſini in eosdem brevia et ro da carmina. *Lipſ.* 1572. 8. Editio prima e rara; quam repetiit *Sylburgius* in Scriptt. Aug. T. II. p. 605 ſqq. Ineſt etiam operi R neriano ſic inſcripto: Monarchorum ſive morum regum libri VII: 1) Aſſyriorum, 2) ſarum, 3) Graecorum, 4) *Romanorum Italo* 5) *Romanorum Byzantinorum*, 6) *Graecorum By tinorum*, 7) *Germanicorum* Caeſarum. *Lipſ.* 1 12. *Lovanii Suecorum* 1576. 12. *Aug. V* 1578. 12. Cum chronologia hiſtorica, *Dar dii* 1608. 12. *Francof ad Moen.* 1625. 8. H ultimam editionem curavit *Conradus Bachm* Profeſſor hiſtoriarum et poëſeos Giſſenſis. minibus — omnis enim liber conſtat ver

*) Cf. Bibl. hiſt. Vol. I. P. I. p. 282.

..egiacis — addidit argumenta brevia, mutavit ..am nonnulla. Olim in nonnullis ſcholis liber ..em compendii hiſtoriae univerſalis ſuſtinuit.

Vite de gli Imperatori Romani di ANTONIO ..CARELLI *con le figure intagliate da* GIOVAN ..TTISTA DE' CAVALIERI. Roma 1590. 4. ..e hoc, nec de ſequenti libro notitiam ex.. ..ere poſſumus accuratam. Ciccarelli. de'Cavalieri.

..OH. BAPTISTAE DE' CAVALLERIIS Ro..orum Imperatorum effigies, elogiis ex di..s ſcriptoribus per THOMAM TRETERUM ..dis, illuſtratae. *Romae* 1590. 8. Treterus.

..IONYSII GOTHOFREDI Antiqua hiſtoria, ..p. 141 ſqq. recenſita, huc etiam pertinet. Gothofredus.

..ICHAEL SACHSENS *Neue Keyſer - Chronica* ..C. *Julio Caeſare bis auf Rudolph II. Magde..* ..1606. 1607. IV Voll. in fol. *ibid.* 1615. IV ..in fol. *Braunſchweig* 1643. fol. Qua in ..ne opus, cujus raritati nemo invideat, con..atur uſque ad Ferdinandum III. Sachſe.

De vitis Imperatorum et Caeſarum Roma..rum, tam occidentalium quam orientalium, ..non uxorum et liberorum eorum, item ty..rum omnium, qui diverſis temporibus Ro..um imperium attentare et occupare conati ..inde a C. Julio Caeſare, primo Monarcha, ..ad D. N. Imperatorem Caeſarem Matthi.. una cum eorum effigibus et ſymbolis; illis ..m ex probatiſſimis tam Latinis quam Grae..auctoribus depromptis, his vero ex antiquiſ..s numiſmatibus aureis, argenteis et aeneis ..a fide delineatis, et ad vivum, quoad ejus potuit, expreſſis. Opus novum et longe ..ariſſimum, olim incredibili labore, ſumptu ..o, peregrinationibus multis iisque periculo.. ..CTAVII STRADA à ROSBERG, *Civis Romani,* de Strada a Rosberg.

mani, S. C. Mtis, Rudolphi ſanctiſſimae memori Nobilis aulici et Antiquarii ordinarii, congeſtu et adornatum: nunc vero in gratiam, utilitate atque oblectationem omnium literatorum, inp mis vero Magnatum, atque adeo univerſoru antiquitatis et hiſtoriarum ſtudioſorum, publ juris factum cura et impenſis Octavii de Stra à Rosberg, Domini authoris piae memoriae fi et haeredis. Francofurti ad Moenum 1615. fo Exſtat etiam recentior editio et auctior, ad Fe dinandum II usque deducta, et hiſtoria et ſer belli Bohemico - Germanici, et genealogia D cum, Archiducum, Regum et Imperatorum ſer niſſ. familiae Auſtriacae locupletata, Franc 1629. fol. Opus hocce rarum et luculentu editor, auctoris filius, Theotiſce reddidit Franc 1618. fol. — Auctor ipſe filius fuit Jacobi Str dae, Mantuani, cujus *Epitome theſauri antiquitatu h. e. Impp. Rom. orientalium et occidentalium iconu ex antiquis numiſmatibus quam fideliſſime delineata* (Lugd. 1553. 4 *) exſtat; nec dubium eſt, illum parentis collectionibus numiſmatum multum pr feciſſe, cum in variis bibliothecis codices inv niuntur Jacobi Stradae, manu ſcripti, Imperat rum imaginibus, ex numis depictis, ornati, q patrem ſimile opus fuiſſe molitum, indicar Sed ipſi Octavio Stradae non tam felici eſſe cuit, ut opus multo labore congeſtum in luce edere poſſet. Nam ante operis editionem fa implevit a. 1612, et filio haec relicta fuit glori ut patris opus in lucem et conſpectum profe ret. In tres diſpeſcitur libros, quorum prim vitas et numiſmata maxima ex auro, argento aere complectitur Romanorum principum, eorum, quorum maxima in Italia imperia fuerur

*) Cf. *Freytagii* Apparat. litter. T. II. p. 1046.

id eſt, Imperatorum omnium ad Theodoſium juniorem usque et Valentinianum III, deinde eorum, qui Italiae praefuerunt, ad Romulum usque, quem Gothorum reges excipiunt. Libro II continentur Principes Conſtantinopolitani orientales poſt Theodoſium juniorem, quorum primus Marcianus eſt. Libro III. inveniuntur Imperatores Romani, Franci occidentales, et Germani, ad Matthiam usque Imperatorem, et in editione altera usque ad Ferdinandum II. In libris hiſce tribus omnibus numus plerumque duntaxat unus, ſed rariſſimus, aut ſingularis, et quidem accurate, quamquam ſine magno artificio, ſculptus occurrit: ſed illud graviſſime tuleris, in tanta paucitate numiſmatum, recens conflata antiquioribus admiſta eſſe, quae quidem eorum, ac ... procuſa ſunt, fraudem vel ipſo conſpectu produnt:

BANDURII Bibl. numaria p. 53 ſqq. ex edit. Fabriciana.
...ſauri bibliothecalis T. II. p. 98 ſqq.
...ETTAGII Apparat. litt. T. III. p. 274 ſqq.
...LEIS *Merkwürd. der Garell. Bibl.* p. 631 ſqq.

NICOLAI COËFFETEAU *Hiſtoire Romaine etc.* Coëffeteau.
... inſerta eſt ſupra capitis VII. ſectioni III. ... 159. Huc potius pertinet.

BENJAMIN LEUBERI (*ICti Luſati* † 1675.) Leuber.
... Monarchiae Libri II, ſ. Catalogus Imperatorum, Caeſarum, Regum, Principum Romanorum. *Dresdae* 1643. fol.

JOHANNIS TRISTANI a Sancto Amante Triſtan.
(Hiſtorici et numarii ſcriptoris Pariſienſis † 1656.)
...mentaires hiſtoriques, contenans l'Hiſtoire generale des Empereurs, Céſars, et Tyrans de l'Empire Romain, illuſtrée, enrichie et augmentée par les Inſcriptions et Enigmes de treize à quatorze cens medail-

dailles, tant Grecques que Latines et autres très ra- res et très riches monumens de l'Antiquité expliquez à Paris 1635. fol. *ibid.* 1644. III Voll. in fol. *ibid.* 1657. III Voll. in fol. — Hi commentarii r vera ita ſcripti ſunt, ut eorum auctor omnium ſuperioris et ſuae aetatis antiquariorum princep merito habitus ſit. De ſingulis enim Principi bus Romanis plerumque ita diſſerit. Primum eorum vitam breviſſimam et delineatam dunta xat in conſpectu ponit; deinde eorum more quidem non vulgari trutina, ſed aurificis ſtater examinat: in caeteris vero eruditus, ſollers, in genioſus, eruditorum votis forte ſatis feciſſet, ordinis rationem habuiſſet, itemque ſi ipſis vi tutibus ſuis moderari potuiſſet: nunc dum omn miſcet ac veluti coacervat, dum commentiti fabellas e ſcriptoribus recentiſſimis ac viliſſim corradit, et pro veris obtrudit, dum leviſſim conjecturis inductus, novas errorum ſeries con texit; maxima ſane moleſtia devoranda illi eſ ſi quis Romanam hiſtoriam in ejus comment riis diſcere voluerit. Commentarium ſequit manus haud exigua numiſmatum Latinoru Graecorum, Aegyptiacorum, ex auro, argen et aere, quae Triſtanus curavit incidi in aes v teri exemplo atque inſtituto, hoc eſt, ut in e rum ſculptura chalcographus ſuum magis, qua veterum monetariorum artificium oſtender Mille ferme et quadringenta numiſmata a collecta Triſtanus ipſe monet, e quibus perpa ca in primo volumine ita caelata ſunt, ut Occone deſcripta erant, caetera ipſe conſpex rat; ſingulis uberiores notas ſubjunxit, in quib flores eadem ratione ſparſit, qua collegerat. h eſt, haud magno delectu, eruditionemque congeſſit, ut timuiſſe videatur, ne ſcrinia ſ

n

n ſatis cito exhauriret; quam ob rem in Ducan-
ſententiam libenter imus, quem ajunt dicere ſo-
m, Triſtanum et a conjectura in interpretandis
mis plerumque aberrare, et numquam non do-
re. Ita de Triſtano ejusque opere judicat *Ban-
nus* in Bibl. numaria p. 62 ſqq. ex ed. Fabricii.
ius multo eſt judicium *J. M. Geſneri* in Prae-
onibus in Iſagogen. T. I. p. 418. Ita enim
„Triſtanus in commentariis ſuis numos ſibi
ndos ſumſit Imperatorum, ſed ita, ut Grae-
et Latinos libros ad explicandam hiſtoriam ad-
at, et ipſa verba auctorum ponat. — . Hic
hibuit ſummam *ἀκρίβειαν*." — In priore
oe commentarii non ultra Criſpinam Com-
perducti erant, omniaque numiſmata ſede-
aeneis tabellis inſculpta: in editionibus vero
rioribus vitae Principum, Auguſtarum et Ty-
orum a Julio Caeſare ad Jovianum compre-
ntur. In his editionibus etiam primum vo-
n et compluribus numis novis, et aliquot ac-
onibus auctum; inter quas Appendix ad nu-
ta Claudii et Veſpaſiani inſcripta PACI
GUSTAE, in qua conjecturas ſuas contra
tum tuetur, pro juſta diſſertatione haberi
; in ea enim omnes omnium antiquariorum
pentibus in numis expreſſis opiniones expen-
et quatuordecim his inſignia numiſmata exhi-
aenea tabella.

NRICI THOMAE CHIFLETII Series Chiflet.
ologica Imperatorum Romanorum a C. Jul.
re ad Ferdinandum III. S. l. 1655. 4; et in
n. *Chiflet.* (Amſtel. 1688. 4.) Vol. VII.

ANCISCI ANGELONI (Philologi et Ar- Angeloni
ogi Romani, Protonotarii Apoſtolici † 1652.)
*Auguſta da Giulio Ceſare a Conſtantino il Ma-
ſtrata con la verità delle antiche medaglie.* In
Roma

Roma 1641. fol. Idem liber deinde prodit *con emendazioni poſtume, e col ſupplemento de' Rove[...] che mancavano pelle tavole tratti dal Teſoro delle m[...] daglie della Reina di Svezia, e deſcritti da* GIO[...] PIETRO BELLORI, *ſuo Bibliotecario e Antiquari[...]* In Roma 1685. fol. — Prima quidem edition[...] Angelonus iam oſtenderat, ſe haud vulgari ant[...] quitatis et rei numariae cognitione eſſe inſtr[...] ctum, ſuaeque in hoc ſtudiorum genere peri[...] fidem ingenioſis conjecturis, ad exſolvendas di[...] cultates adhibitis, abunde fecit. Sed quod peni[...] ſimis quibusvis in hoc genere eruditionis verſant[...] bus accidere ſolet, ut conjecturas ſuas non om[...] bus aeque approbare queant, id huic quoque ſc[...] ptori evenit. Non enim defuere, qui naev[...] quosdam in pulchro opere detegerent, ſive illi [...] repſerint temporum vitio, quibus haec eruditio[...] pars nondum ad iſtud perfectionis faſtigium perv[...] nerat, in quo poſtea collocata eſt, ſeu quod a[...] ctor aliis negotiis diſtrictus labori ſuo ad accurat[...] rem limam revocando unice vacare nequive[...] Erat tum adhuc in vivis Angelonus, qui, ubi ſc[...] pta contraria expendit, alicubi ſe lapſum inge[...] agnovit, et emendandis erroribus alteram, qu[...] adornabat; editionem deſtinavit. Verum mo[...] praevento ſucceſſit *Bellorius*, amicitia et ſimil[...] dine ſtudiorum defuncto conjunctiſſimus et ex [...] ptis eruditis jam pridem doctis notus. Is igitur [...] altera editione curanda ita verſatus eſt, ut in i[...] contextu nihil plane mutaret, ſed contrarias [...] ctorum virorum ſententias, quibus manum de[...] rat ipſe Angelonus, ſaepius ſuo quoque cal[...] comprobatas, aliquando rejectas ſubnecteret, [...] ctori judicium relinquens, uter felicius conje[...] videatur. Quae ipſe Bellorius ratione numiſ[...] tum egerit, titulus docet.

Cf. BANDURII Bibl. numaria p. 60.
Acta Erud. a. 1685. p. 485 ſqq.
CLEMENT Bibl. T. I. p. 327 ſqq.
MAZZUCHELLI *Scrittori d'Italia.* Vol. II. P. II. p. 768 ſqq.

EDUARDI LEIGH (Theologi, Hiſtorici et Philologi Anglici † 1671.) *Select and choice Obſervations, concerning all the Roman and Greek Emperours: alſo certain choice French Proverbs, alphabetically diſpoſed and Engliſhed.* Lond. 1657. 8. *ibid.* 1664. 8. In titulo tertiae editionis emendatioris haec ſunt haec verba: *The firſt eigtheen by* EDWARD LEIGH, *the others added by his Son* HENRY LEIGH. Lond. 1670. 8. Leigh.

JOH. JUSTI WINCKELMANN Caeſareologia Quartae Monarchiae deſcriptio, a Julio Caeſare ad imperium usque Leopoldi, variis aenigmaticis ... incisis memoriamque juvantibus figuris illuſtrata. *Halae* 1659. 12. *Lipſ.* 1688. 12. ibid. ...8. 12. Winckelmann.

SAMUELIS RACHELII (*ICti Holſati, poſt varia munera illuſtria Hamburgi mortui* 1691.) Romanorum Germanorumque Caeſarum, nominum, ...ſionum et ſeculorum a Chriſto nato, diſtin... notatio, metro deſcripta, addita ſuccincta explicatione. Acceſſit *Caroli Sigonii* et *Marquardi* ...*ri* directorium hiſtoricum. *Helmſtad.* 1666. ... *Molterus* in Cimbria litt. T. I. p. 510. hanc ...onem ignorat: laudat contra editiones a. ...et 1676. in fol. de quibus vero alibi nihil ...imus. Soli de Caeſaribus eorumque claſſi...verſus, cum explicatione, in ejusdem Rache...*lio Neomagenſi* (Amſtelod. 1680 et 1685. 12.) ... *Joh. Henr. Ackeri* Selectis poëticis (*Rudolſtad.* 1711. 8.) recuſi ſunt. Rachel.

Bornmeiſter. SIMONIS BORNMEISTER (Profeſſoris Hi[...] Gymnaſii Aegidiani Norimbergenſis † 1688 *Neueröffneter Schauplatz der von C. Julio Caeſare b[...] auf Leopoldum, Römiſch-Teutſchen, wie auch morg[...] ländiſchen Kayſer.* Nürnberg 1669. 12. *ibid.* 167[...] 8. *ibid.* 1678. 8.

Lacarry. AEGIDII LACARRY (*Jeſuitae Francogall[...] ſaeculi ſuperioris*) Hiſtoria Romana a Julio Cae[...] re ad Conſtantinum M. per numiſmata et marm[...] ra antiqua teſtata et illuſtrata; ſeries et numiſma[...] Regum Syriae, Aegypti, Siciliae et Macedoni[...] ſeries Conſulum Romanorum; Proluſio apolog[...] tica de re antiquaria numaria. *Claramontii* 16[...] 4. — Annalium potius, quam hiſtoriae nomi[...] opus hocce cenſendum; nam quae ſingulis annis Romano imperio accidiſſe memoratu digna auct[...] res produnt, haec quam pauciſſimis fieri pot[...] verbis, auctor enarravit; ſuaeque orationi ſub[...] cit deſcriptionem numiſmatum, ſi quae putavit [...] ad firmandam vel chronologiam, vel rerum n[...] ratarum fidem opportuna. Hiſtoriam praeced[...] monita quaedam in gratiam eorum, qui in nu[...] veteribus minus verſati ſunt; item epitome ch[...] nologica, in qua tota concertatio, ut ita dic[...] delineatur.

Cf. BANDURII Bibl. numaria p. 78 ſqq. ex [...] Fabric.

de Sebaſtiani. PETRI DE SEBASTIANI *Breve Hiſtoria [...] Vite degl' Imperatori Romani, cominciando d[...] Giulio Ceſare fino al regnante Leopoldo I.* In Ro[...] 1684. 12.

de Tillemont. SEBAST. LE NAIN DE TILLEMONT ([...] cerdotis Pariſienſis et Hiſtorici maximam v[...] partem in otio litterario Tillemontii, unde cog[...] men nactus, conſumentis † 1698.) *Hiſtoire*

E[...]

Empereurs et des autres Princes, qui ont regné durant les ſix premiers ſiécles de l'Egliſe, des perſecutions qu'ils ont faites aux Chrétiens, de leurs guerres contre les Juifs, des ecrivains profanes, et des perſonnes illuſtres de leur tems. Juſtifiée par les citations des auteurs originaux. Avec des Notes pour éclaircir les principales difficultez de l'Hiſtoire. à Paris 1690 — 1738. VI Voll. in 4. *ibid.* 1692 — 1739. XVI Voll. in 12. *ibid.* 1720. VI Voll. in 4. *Bruxellis* 1692 ſqq. ... 8. *Venetiis* 1732 — 1739. VI Voll. in 4 mai. *Anglice* .... *). Optime egregio hoc opere de ...tate hiſtorica meritus eſt doctiſſimus auctor. ..., quum nulli muneri publico admoveri ſe paſſus eſſet, ſibi ſoli ac Muſis victurus, ut eo felicius ...oriae eccleſiaſticae, quam paullo poſt ſeu eo... fere tempore evulgavit, enarratione defunge...r, civilem omnium primo hiſtoriam a ſe cura... edidit. Tomo primo editionis primae in for... quarta habentur vitae Auguſti, Tiberii, Caji ...udii, Neronis, Galbae, Othonis, Vitellii. Ac... hiſtoria gentis Judaicae ab exceſſu Herodis ...onitae usque ad Hieroſolymorum excidium ... Titum Veſpaſianum. Secundus tomus com... vitas Veſpaſiani et ſequentium Imperato... usque ad Commodum et Pertinacem. Do... ...ano ſubjungitur vita Apollonii Thyanaei: Ha... ...ano autem rebelliones et ſiniſtra fata Judaeo..., quae tempore Trajani et Hadriani ipſius ...gere; itemque Neroni, Domitiano, Trajano, ...iano atque M. Aurelio perſecutiones Chriſtia..., eis imperantibus peractae. Tertius to... finitur imperio Cari ejusque filiorum Carini ...meriani. Quartus, imperio Joviani. Quin... imperio Arcadii et Honorii. Sextus, imperio

*) *Accuratam* editionum ac verſionum notitiam dare ...on poſſumus.

rio Anaſtaſii, mortui a. DXVIII. Singulis tom ſubnectitur — praeter canonem chronicum ut liſſimum et indicem nominum ac rerum notab lium — collectio non exigua notarum fuſiu conceptarum de quaeſtionibus quibusdam chro nologicis hiſtoricisque, in quibus variae Baron Bollandi hujusque ſociorum ac ſucceſſorum itemque Caſauboni, Salmaſii, Noriſii, Pagii, Do welli aliorumque opiniones ſingulari ſollertia e penduntur, nec raro auctor periculum, absq tamen verborum acrimonia facit, meliora certio raque docendi. *Geſnerus* in praelectionibus in I gogen etc. T. I. p. 418. ita de hoc opere: „T lemontius habet hoc peculiare prae reliquis Ga lis, quod non verbum ponit, quin afferat auct ritatem ex antiquis libris, quoties hiſtoricum a quid dicendum eſt. Eſt ſolidum opus et acc ratiſſimum, habetque commodum hoc, qu ubique apponuntur teſtimonia. Hoc certa tione praetulerim ipſi Rollino: nam forte ip etiam paullo" — nos poneremus *multo* — „a curatior." — Volumini ſexto, poſt aucto obitum typis mandato, praefigitur Tillemo vita, a Perraulto conſcripta.

Cf. de duobus prioribus voluminibus *Acta Er* a. 1693. p. 188 - 192.

Bernard. JOH. BERNARD *Lives of the Roman Empe from Suetonius to the fall of that Empire.* Lond 1713. II Voll. in 8. Cum figg. aen.

Crevier. J. B. CREVIERII *Hiſtoire des Empereurs mains, depuis Auguſte jusqu' à Conſtantin* (1 ſqq.) ſupra cap. VII. ſect. III. cum Rollini hi ria recenſetur.

Linguet. S. N. H. LINGUET *Avocat au Parle* (nunc Londini vitam privatam agentis) *Hiſ*

des Révolutions de l'Empire Romain, pour ſervir de ſuite à celle des Révolutions de la République. à Paris 1766. II Voll. in 12 mai. à *Liége* 1777. II Voll. in 8. — Scriptor, ſi dicendi genus ſpectes, non indiſertus, nec invenuſtus, ſi dubitatiunculas ab ipſo excogitatas conſideres, non plane inſulſus, ſi res ipſas, quas commemorat et ſententias, quas de aliis tulit, examines, imprudens fere et parum verecundus, ſi ridiculos errores ab illo commiſſos cognoſcas, rerum antiquarum imperitus. Hic, inceptam a Vertotio hiſtoriam Romanam pertexendi conſilio capto, eam inde ab Auguſti imperio usque ad Alexandrum Severum perduxit ita, ut ſe ſolum audiret, reliquos auctores mendaces nugacesque cenſeret omnes. Hinc Tacitum, Dionem et Suetonium in jus vocat eorumque fidem concutere et labefactare omni ſtudio conatur. Romani imperii fines in praefatione deſcribit, nec eos tam amplos fuiſſe dicit, ut multi ſcriptores ferunt, nec Romam reginam orbis appellari poſſe, vult. Immo nos ne recte quidem de Romanorum inſtitutis judicare poſſe, multis exemplis probare ſtudet. In exponenda hiſtoria ipſa ubique fere ratiunculis politicis nititur, veteres mores e Francicis fingit, quaeque ſuae aetati non ſat convenire putat, in dubitationem vocat, veteresque auctores accuſat, quos illum non diligenter ſatis legiſſe, foedi, quibus delectatur, errores teſtantur. In primis vero id agit, ut imperatores, a Suetonio aliisque ſcelerum ac vitiorum ſummorum accuſatos, tanquam eorum patronus defendat. Exempla, qui velit, adeat *Klotzium* in Actis litter. Vol. III. p. 384 — 407, vel [illegible] in Ephemeridibus Goetting. litter. a.

1766. p. 577 — 581, vel *Meuſelium* in Gatterer *Hiſt. Bibl.* T. V. p. 123 — 133.

Wegelin. (JACOBI) WEGELIN *Caractères hiſtorique des Empereurs depuis Auguſte juſqu' à Maximin à l'uſage de l'Academie Royale des Gentils-hommes* à Berlin 1768. II Voll. in 8. — Auctor, in uſum juventutis ſcripturus, id potiſſimum egit ut Imperatorum virtutes vitiaque inſigniter pingeret, res geſtas aptiſſimo ordine componeret hiſtoriamque recentiorem cum vetere comparationibus crebro ſubiiceret. Quo quidem in negotio maximam partem dextre ac feliciter verſatus eſt: paſſim vero a recta via aberravit, dum peccaret contra veritatem hiſtoricam, et philoſophum potius, quam hiſtoricum, ageret. Dicti quoque interdum obſcura tardiusque procedere nobis videtur. V. quae nos de alio hujus ſcriptoris opere recentiore diximus Vol. I. P. p. 134.

Cf. (HALLERUS) *Götting. gel. Anzeig.* a. 176 p 217 - 222.

Allgem. teutſ. Bibl. Anhang zum 1ſten bis 12ten Band p. 753 ſqq.

Choffin. (DAVIDIS STEPHANI CHOFFIN) *Hiſtoire des bons Empereurs Romains, auxquelles on a joint celle d'Agricola et de Pline le jeune.* à Halle 177 8. — Excerptae ſunt hae narrationes de bonis Romanorum Imperatoribus inde a Veſpaſiano usque ad Probum, e Crevierii opere a nobis laudato.

Gibbon. EDUARDI GIBBON *Hiſtory of the decline and fall of the Roman Empire.* Vol. I. *London* 177 4 mai. Editio ſecunda *ibid.* eod. 4 mai. Editio tertia *ibid.* 1777. 4 mai. Vol. II et III. *ibid.* 178 4 mai. Tria haec volumina typis repetita *ibi*

1783. VI Voll. in 8. Vol. IV. V. VI. *ibid.* 1788. ...ai. et VI Voll. in 8. *Baſil.* 1788. VI Voll. in ... *Francogallice* a *le Clerc de Septchênes*, Re- ... Galliarum ab epiſtolis (cum annotationibus) *Pariſ.* 1777 ſqq. in 8. Alia verſio confecta a *L...nier* et *de Cantwel* Pariſ. 1789. XVIII Voll. ... *Italice* Pisis 1779 ſqq. in 8. *Lauſonii* (forte *...ntiae*) 1779 ſqq. *Theotiſce* Tomus I cum an- ...tionibus a *F. A. W. Wenck*, Lipſ. 1779. T. ... *C. G. Schreiter*, qui et notulas adſperſit, *ibid.* 1788. 8 mai. Reliqui tomi proxime ſuccedent *) — Summis aevi noſtri hiſtoricis Gibbonus ...e dubio adnumerandus eſt. Inter Capitolii rui- ...s ſtans primum hujus operis ſcribendi conſili- ...m cepit. Florentiſſimos vitae annos colligen- ...o et laborando eidem impendit. Enatum inde ...nimentum aere perennius, licet paſſim appa- ...ant ſiniſtre dicta, minus perfecta, veritati non ...us conſentanea. Videmus quidem ubique fere ...dium ſcrutandi veritatemque ſcribendi maxi- ...m: tamen ſine Tillemontio duce, ubi ſcilicet ...us hiſtoria finitur, ſaepius Noſter titubat at- ...que hallucinatur. Quod vel maxime fit, ubi de rebus eccleſiaſticis, vel de jurisprudentia Roma- na (T. IV.) tradit, et in aliis locis. Attamen naevi hujus generis haud impediunt, quo minus ...eris ſummam et οἰκονομίαν praeclare diſpoſi- ...am, delectum rerum ſapientiſſimum, argutum

*) Quae Gibbonus de Conſtantini M. ſtudio erga rem Chriſtianorum narravit judicavitque, in ſermonem Theotiſcum ſingulari libello translata ſunt, hac inſcriptione: *Die Bekehrung des Kaiſers Conſtantins des Groſſen, nach ihren Urſachen und Würkungen, nebſt einer Abſchilderung des Charakters dieſes Fürſten; aus dem Engliſchen des Hrn.* Edward Gibbons Eſq. *überſetzt* (ab *A. H. W. von Walterſtern*). Altonaviae 1784. 8.

quoque interdum, dictionemque ſeu ſtilum, hiſtorico aeque ac philoſopho digniſſimum, et vix a quoquam alio Anglo, Homio ac Robertſono haud exceptis, praerepto, vehementer laudemus atque ſaeculo noſtro de hujusmodi hiſtoria gratulemur. Filum narrationis Gibbonus annectit temporibus Trajani et Hadriani Imperatorum idque in tomo primo usque ad Conſtantinum M. deducit. Ab hujus imperio adverſus aemulos conſtituto incipit tomus ſecundus, atque in Gratiano deſinit. Tertius abſolvit hiſtoriam Imperii Romani occidentalis. Tomi tres poſteriores, iique recentiſſime in lucem editi, dicati ſunt hiſtoriae Imperii orientalis ſive Byzantinae usque ad expugnationem Conſtantinopoleos per Muhamedum II.

Cf. *Gött. gel. Anzeig.* a. 1777. *Zugabe* p. 305-313 a. 1783. p. 1529-1539. p. 1698-1704. a. 1788 p. 2049-2056.

Gibbonus adverſarios cum in tum extra patriam nactus eſt, quia propagationem religionis Chriſtianae non, ut vulgo fieri ſolet, vel more theologorum, ſed ut hiſtoricum et philoſophum decet, expoſuerat. Verum enimvero bona res ſalva eſt, nec quisquam eorum, certe quantum nos ſcimus, qui eum refellere ſtuduerunt, finem ſibi propoſitum feliciter aſſecutus eſt. Quam ob rem et quia hujusmodi ſcripta theologici et polemici potius, quam hiſtorici argumenti ſunt, iis non immoramur. Duo tamen in medium producamus ſequentia:

Apthorp. EAST. APTHORP, *M. A. Vicar of Croydon. Letters on the prevalence of Chriſtianity before its civil eſtabliſhment: with obſervations on a late Hiſtory*

..ry of the decline of the Roman Empire. London 1778. 8 mai.

Cf. Götting. gel. Anzeig. a. 1778. p. 1003 ſqq.

(NICOLAI SPEDALIERI) Confutazione dell' ..ame del Criſtianiſmo fatto dal Signor Eduard ..n nella ſua Storia della decadenza dell' impero ..mano. P. I. In Roma 1784. 4. Plures partes ..m ſecutae fuerint, neſcimus. Spedalieri.

✥ ✥ ✥

AENEAE VICO (Parmenſis, Archaeologi ..mari ſaeculi XVI) Imagini delle Donne Augu.. ..intagliate in ſtampa di rame; con le Vite ed ..ſizioni ſopra i riverſi delle loro Medaglie an.. .. In Venezia. 1557. 4. Latine a Natali Co.. ..e Patricio Veneto, Venet. 1557. 4. Inſunt ..nes vitaeque Auguſtarum a Marcia, Julii ..ris avia, ad Domitiam usque, Domitiani ..gem. Cum liber rareſceret, illum JOAN. ..TISTA DU VALLIUS, linguarum orientalium ..ſſor Pariſienſis, hoc titulo denuo in lucem ..: Auguſtarum imagines aereis formis expreſſae, .. quoque earum breviter enarratae, ſignorum ..s, quae in poſteriori parte numiſmatum efficta ..ratio explicata ab Aenea Vico, nunc a Joh. ..t. Duvallio reſtitutae. Lutet. Pariſ. 1619. 4. Vico.

.. (SCHWINDELII) Theſaurus bibliothecalis T. I. p. 30.

..IETTAGII Anal. litter. p. 1051 ſqq.

AENEAE VICI Reliquae Auguſtarum imagi.. ..et numiſmata a JOH. BAPT. DUVALLIO re.. ..tae. Lutet. Pariſ. 1630. 4.

Hiſt. des Imperatrices.

IOANNIS VIGNOLII (*Principi Philippo Co...nae, Regni Neapolitani Magno Stabuli Comiti, ... Epiſtolis et Supplicium libellis*) Diſſertatio de co... ...a Imperatoris *Antonini Pii*. Accedunt anti...ae Inſcriptiones, ex quam plurimis, quae apud ...torem extant, ſelectae. *Romae* 1705. 4. Cum ...g. aen. — Quum monimentum illud inſigne ...mae in ea Campi Martii parte, quae mons Cy...ius appellatur, conſpiciatur, auctor de huius ...nominationis origine aliqua praemittit. Ipſam ...umnae molem quod attinet, cum in honorem ...tonini Pii Imp. iactam eſſe abunde doceat in...ptio, illam quoque vivo adhuc Antonino ob ...ximas eius virtutes a Senatu erectam fuiſſe, ex ...mo Muſei Foucaultiani porro arguit, dedica- Vignoli.

C 5 tionem

tionem vero et reliqua conſecrationis ſymbo
poſt obitum ipſius a Marco et Lucio ſucceſſorib
demum addita hariolatur; quam in rem multa
illius mortis die, imperiique et vitae annis diſp
tat; poſtea quoque de Divi titulo. Poſt haec a
curate inveſtigat, quando M. Aurelius Antoni
nomen et Marci praenomen acceperit, ac Luci
non a patris, ſed a M. Aurelii priſtino cognomi
Verum audiviſſe, praeterea ab obitu Pii ſtati
non poſt menſem demum, Auguſtum nuncu
tum ſtatuit. Tum illorum profligare ſuſcipit e
rores, qui M. Aurelii columnam cochlidem A
tonino Pio adiudicant, eamque in numis con
crationis huius Imperatoris exhiberi volunt, cu
potius exiſtimandum ſit, hanc ſolidam columna
ibidem repraeſentari, atque illam cochlidem c
lumnam M. Aurelio poſt eius fata a Senatu decr
tam eſſe. Denique in figuras reliquis ſtyloba
partibus inſculptas oculum intendit, omnem
habitum conſecrationis Imperatoris, cum ux
Fauſtina in ſublime vecti, docte explicat. Sec
dam libri partem conſtituit veterum inſcription
ſelecta farrago, in tres claſſes, votivas ſcili
ſepulcrales et varias, quibus et Chriſtianae ad
centur, diſpertita.

Cf. Acta Erud. a. 1708. p. 25-29, ubi et colum
figura et ſymbola in ea expreſſa, aeri inciſa ex
bentur.

de Sibert. *Vies des Empereurs* Tite-Antonin *et* Ma
Aurele; *par M.* GAUTIER DE SIBERT, *de l'A
démie royale des inſcriptions et belles-lettres.* à Pa
1769. 12 mai. — Pauca, quae in veterum
bris, numis aliisve monimentis de horum Imp
ratorum vitis rebusque geſtis maxime memora
libus occurrunt, Francogallus diſertiſſimus ap
diſpoſuit atque oratione iucunda obduxit.

(Jo

* * *

(IOH. PETRI BELLORII) Selecti numi Antoniani, quorum primus anni novi auſpicia, al- Bellori.
...ommodum, et Annium Verum, Caeſares; ex- ...t. Romae 1678. 8. Amſtel. 1685. 12.

CAROLI PATINI Judicium Paridis, de tribus Patin.
...s latum, in numiſmate Imp. Antonini Pii ex-...m. Patav. 1679. 4. Francogallice in Recher-...arieuſes d'Antiquité de I. Spon (à Lyon 1683. ...) 221-231.

...ACH. GOETZII Diſſ. de Antonini Pii numo Goetz.
...o, et Fauſtinae argenteo; in eiusd. Diſſertt. de- ...p. 380-397.

Eiusd. Diſſ. de Antonini Pii numo aereo; ibid. ... ſqq.

IOH. VIGNOLII Epiſtola ad Anton. Gallan- Vignoli.
... de numo Imperatoris Antonini Pii, qui in ... eius conſulatu percuſſus, columnam quan- ... exhibet, in cimelio D. Foucault. Romae ... 4. — Vignolius ſuam de columna Anto- ... Pii ſententiam, de qua nos modo retulimus, ...tra Gallandium, M. Aurelii cochlidem in nu- ...o potius repraeſentari credentem, tueri ſtu- ... Eſt hic libellus omnino ſupplementum diſ- ...tionis de columna Antonini Pii paullo ante ...riptae.

... Acta Erud. a. 1709. p. 467-473.

Eadem Epiſtola, iterum edita et recognita, ...it eiusdem Vignolii Diſſertationi de anno ...o imperii Severi Alexandri (Romae 1712. 4) ...-138.

...OH. CHRYSOSTOMI SCARFO Annotazioni Scarfo.
...ra un medaglione ſingolare di Antonino Pio, in ...lio; in Lettera eiusd. ſopra varii monum. antichi ...enz. 1739. 4) p. 79 ſqq.

EDUARDI

Corſini. EDUARDI CORSINI Diſſertatio in aer numiſma maximae magnitudinis Imp. Caeſ. *Antonini Pii*; in *A. F. Gorii* Symbol. litter. (*Flor.* 1751. 8) Vol. VI. p. 117-144.

Lettre etc. *Lettre ſur une medaille de* Fauſtine, *avec inſcription*: SOVSTI; in *Mém. de Trevoux* a. 1 p. 327-330. *Latine*, in (*C. Welterseck*) Elect num. p. 106 ſqq.

Tournemine. RENATI JOSEPHI TOURNEMINE *Explication d'une medaille très rare de* Fauſtine, *la mère l'inſcription*: SOUSTI; in *Mém. de Trev.* a. 1 Nov. p. 330 ſqq.

de Grainville. N. DE GRAINVILLE *Réponſe à Mr. de Chauſſe (touchant une medaille de* Fauſtine, *la mère sa conſecration avec* Antonin Pie); *ibid.* a. 1 Dec. p. 2113-2133.

Hoffmann. JOH. HOFFMANNI Progr. de *Fauſtinae* Aurel. Antonini Philoſophi coniugis, mo *Erfurti* 1709. 4.

Scarfo. JOH. CHRYS. SCARFO *Annotazioni ſopra medaglia di argento di* Fauſtina, *moglie di M. lio*; in eiusd. *Lettera ſopra varii ant. mon.* p. 74

de Valois. DE VALOIS *Réflexions ſur quelques medailles antiques, qui n'ont point encore été publiées*; in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. XVIII. p. 223. 225 ſqq.

MARCVS AVRELIVS ANTONINVS PHILOSOPHVS.

M. Aurel. Antoninus. M. AURELII ANTONINI, Imperatoris, vita ſua Libri XII, Graece et Latine, ſaepe varia ratione ſunt recuſi, praeſertim a *Thoma Gatac* Anglo, *Cantabrig.* 1652. 4; et in *eiusd.* Operibus criticis, *Traject. ad Rhen.* 1698. fol. Add.

…commentarius uberrimus atque doctiſſimus. …m libri XII ad exemplar Oxonienſe 1704 re…; introductionem ad philoſophiam Stoicam ex …te M. Antonini praemiſit *Joh. Franc. Buddeus*; …m recenſuit, criticisque obſervationibus illu…it *Chriſtoph. Wolle*. Lipſ. 1729. 8. Iidem, … ſyllabo variarum lectionum et coniectura…, partim veterum, partim nunc recens addi…m, curante *S. F. N. Moro*, Lipſ. 1774. 8. — …e in varias linguas translati ſunt libri iidem, …ibus imperator philoſophum potius agit et ad …m doctrinam inſtruit, quam hiſtoricum.

…ELII ARISTIDIS Oratio in Regem, ſ. de …bus *Marci Aurel. Antonini*, Graece; inter Oration. T. I. Orat. IX. Ariſtides.

…LII CAPITOLINI *Marcus Antoninus Phi…us*; inter Scriptores Hiſt. Aug. Capitolinus.

Vita, Geſti, Coſtumi, Diſcorſi, e Lettere di …co Aurelio *Imperatore, con la giunta di molte … che nello Spagnuolo non erano, et delle coſe …nuole, che mancano nella traduttione Italiana* …et. 1572. 8. Vita etc.

La *Vie de* Marc Aurele Antonin; praefixa …oni operis Antoniniani Francogallicae Dacie…ae (*Amſtelod.* 1707. 8) p. 1-113. Antea iam prodierat; et *Anglice*, cum Anglica verſione …mentariorum Imperatoris, *Londini* 1692. — Exacta haec et ampliſſima de vita Anto… hiſtoria ex probatis auctoribus magno cum …cio, nec ſine pulchro verborum ornatu con…ata eſt. Dacier.

…HRIST. LUDOV. CRELLII Programma de *Aurelio Antonino*. Lipſ. 1725. 4. Crell.

CHRISTOPH. WOLLII Vita *M. Aurelii Anto…i*; praefixa editioni Lipſienſi modo laudatae. Wolle.

JOH.

Hoffmann. JOH. ADOLPH. HOFFMANN's *Leben des* [...]*miſchen Kayſers* Marc. Aur. Antoninus; prae[...] eiusdem verſioni Theotiſcae commentarior[...] huius Imperatoris de ſe ipſo, editae *Hamb*[...] 1735. 8; poſteaque aliquoties.

v. Holberg. LUDOVICI VON HOLBERG *Geſchichte* [...] Marcus Aurelius; praefixa *eiusdem* verſioni He[...]diani hiſtoriae Romanae Danicae, quam Th[...]tiſce reddidit *G. A. Dethardíng*, Hafniae et L[...] 1747. 8.

Fäſi. JOH. CONRADI FAESI *Abhandlung über* [...] *Leben und die Geſchichte des Kayſers* Marc. Aure[...] Antoninus, *des Weltweiſen;* in eiusd. *Abhand*[...]*gen über wichtige Begebenheiten* etc. (*Zürich* 17[...] II. V. 8 mai.) T. II. p. 1-86. — Summis lau[...]bus auctor Imperatorem praedicat eumque con[...] accuſationes nonnullorum defendit. Stilus n[...] eſt ſatis purus et cultus.

Meiners. CHRISTOPH MEINERS, Commentatio [...] *Marci Aurelii Antonini* ingenio, moribus et ſcri[...]tis, in Commentatt. Soc. Goetting. T. VI. [...] philol. p. 107 ſqq. — Imperatoris ingenium b[...]nitasque indolis maxime defenditur, poſteaq[...] quomodo idem, tanquam ſcriptor ac philoſophu[...] ab aliis differat, egregie demonſtratur.

✧ ✧ ✧

Schurzfleiſch. CONR. SAM. SCHURZFLEISCHII Diſſ. de p[...]mis duobus Auguſtis, *Marco Aurelio Antonino* [...] *L. Aurel. Ant. Vero.* Vitemb. 1702. 4.

Silveſtri. CAMILLI SILVESTRI *Diſcorſo circa il* [...] *vero tempo dell' adozione di* M. Aurelio *e di* L. Ver[...] *fatta da* Antonino Pio, *e della morte d'*Adrian[...] in *Raccolta d'Opuſcoli ſcientif. e filol.* (Venez. 173[...] 12) T. III. p. 231-270.

JO

JOH. DAN. VAN HOVEN Mantiſſa chronologica de annis imperii *Marci Antonini;* acceſſ. *eiusdem* Diſquiſitioni de inſcript. et vera aet. Athenagorae *πρεσβειας* pro Chriſtian. *Lingae* 1752. 4. van Hoven.

QUIRINI GOTTFR. SCHACHERI (Praeſ. *Christo. Wollio*) D. critico-politica de *ἀδεισιδαιμονία Marci Antonini* Imperatoris ac Philoſophi, ad Lib. I. *τῶν εἰς ἑαυτον* § XVI. Lipſ. 1730. 4. Schacher.

ADAM HENR. LACKMANNI Exercitatio academica de cognomine *Philoſophi Antoniniano.* Kilon. 1750. 4. Lackmann.

ANDR. FLORENT. RIVINI Singularia *M. Aurel. Antonini* iurisprudentiae capita. *Lipſiae* 1732. 4 Rivinus.

JOANNIS ORTWINI WESTENBERGII, *ICti et Antecesſoris Lugduno-Batavi* († 1737) Divus Marcus, ſeu Diſſertationes ad Conſtitutiones *Marci Aurelii Antonini* Imperatoris. *Lugd. Bat.* 1736. 4. Weſtenberg.

JOH. DAVID. KOELERI de philoſophia *M. Aurel. Antonini* Aug., in theoria et praxi. Altorf. 1717. 4. Koeler.

Cf. etiam GAUTIERI DE SIBERT liber ſub voc. TRAIANUS laudatus. de Sibert.

❖ ❖ ❖

M. I. B. Diſſertatio de legione fulminatrice. *Dresdae* ſ. a. 4. M. I. B.

ULRICI OBRECHTI Diſſ. de legione fulminatrice *M. Antonini*, Philoſ. Imperator. *Argent.* 1677. 4; et inter *eiusd.* Diſſertt. acadd. p. 361 ſqq. Obrecht.

HERMANNI WITSII Diatribe de legione fulminatrice Chriſtianorum, ſub Imperat. *M. Aurel. Antonino;* acceſſ. *eiusd.* Aegyptiacis (*Amſt.* 1683. 4. *ibid.* 1696. 4) p. 424-464 (ſec. editionem poſter.). — Auctor veritatem miraculi tueri conatur, Witſius.

DANIELIS

de la Roque. DANIELIS LARROQUANI Diſſ. de miracul legioni fulminatrici perperam adſcripto; add *Matthaei Larroquani* (patris Danielis) Adverſarii ſacris. *Lugd. Bat.* 1688. 8. — Oppoſita eſt in primis Baronio et Witſio.

Frick. JOH. FRICKII Diſſ. hiſtorica de legione ful minatrice. *Lipſ.* 1696. 4.

Boyſen. PETRI ADOLPHI BOYSEN Commentatio de legione fulminatrice *M. Aurel. Antonini* Imp. *Ha berſtad.* 1719. 4.

Moyle. GUALTERI MOYLE *Letters concerning the thundering Legion;* in eiusdem *Works* (Lond. 1726. 8) Vol. II. p. 79-398. Eaedem Epiſtol ex Anglico Latine verſae obſervationibusque illu ſtratae a JOH. LAUR. MOSHEMIO; in huius Syntagmate Differtt. ſacr. (*Lipſ.* 1733. 4) p. 6 ſqq. — Negat Anglus acutiſſimus, in Antonini exercitu fuiſſe integram legionem Chriſtianorum, immò vero contendit, paucos vel nullos plu Chriſtianos ſub hoc Imperatore militaſſe; legionem fulminatricem nomen hoc minime accep ab iſto miraculo; Antoninum hoc miraculum precibus Chriſtianorum haud tribuiſſe; poſt hoc miraculum Antoninum nunquam publicaſſe ullum edictum in favorem Chriſtianorum, ſed potius gravi perſecutione eos vexaſſe; liberationem de nique exercitus Romani, quantumlibet veriſſi mam, haud quaquam fuiſſe miraculum. Defen duntur haec argumenta doctiſſime adverſus *Pe trum Kingium*, qui miraculum iſtud extra dubita tionem ponere conatus eſt.

Whiſton. GUIL. WHISTON *of the thundering legion* etc *Lond.* 1726. 8. — Occaſionem hunc libellum elaborandi praebuit lis Kingii et Moylii ſuper iſta legione. Amplectitur Kingii partes easque ul terius defendere conatur. Idem fere, maiore

tamen

men aequitate, egit alius Anglus libro ſe-
:enti:

*A Defence of the Miracle of the thundering Le-
on, againſt a Diſſertation* of Walter Moyle, *Eſq.*
y THOMAS WOOLSTON, *ſometime Fellow of
inity-College in Cambridge.* London 1726. 8. Woolſton.

SIGISMUNDI JACOBI BAUMGARTEN Diſ-
ſtationes III: Examen miraculi legionis fulmi-
tricis contra Thomam Woolſtonum. *Halae*
:40 ſqq. 4. Baumgarten.

JOH. GUILIELMI DUNCKERI Diſſ. de le-
ione fulminatrice Chriſtianorum ſub *Marco Anto-
nio* Philoſopho. *Rintel.* 1746. 4. Duncker.

PAULI ERNESTI JABLONSKI Spicilegium
obſervationum de miraculo legionis fulminatricis;
Miſcell. Lipſ. novis (1751. 8) Vol. VIII. P. III.
417 ſqq. Jablonſki.

De MANDAJORS *ſur une prétendüe loi de* Marc
urele, *en faveur des Chrétiens;* in *Hiſt. de l'Acad.
e Inſcr.* T. XVIII. p. 218-223. — Imperato-
em illum Chriſtianis minime faviſſe oſtenditur. de Mandajors.

CHRISTOPHORI BEYERI Commentatio de
legione Chriſtianorum fulminatrice ſub Impera-
tore *Antonino Philoſopho;* acceſſit eiusdem Libro
ſingulari de magno veteris eccleſiae circa poeni-
tentes rigore. *Lipſ.* 1754. 4. — Miraculum ip-
ſum hic ſcriptor ſuperſtitioſus, irrito ſane conatu,
defendere nititur. Beyer.

(FRANCISCI FABRETTI) *Diſſertazione ſulla
battaglia di* M. Aurelio Antonino *l'anno* 174. *con-
tro i Quadi e altri Germani.* Rimini 1779. 4. Fabretti.

✣ ✣ ✣

JOH. LAUR. MOSHEMII Diſquiſitio, quo-
nam praecipue e Chriſti ſectatoribus mortem Mar- Mosheim.

ςus Imperator irriſerit? in *eiusd.* Obſervatt. ſa
(*Amſt.* 1721. 8) p. 136-192.

Walch. CAROLI FRIDERICI WALCHII Comme tatio de religione *M. Aurel. Antonini*, Imp. in n mis celebrata; in *I. E. I. Walchii* Actis Soci Lat. Jenenſ. (1752. 8) p. 209 ſqq.

* * *

Olearius. JOH. CHRISTO. OLEARII Epiſtola de num *M. Aurelii Antonini* conturniato. *Jenae* 1696. in (*Woltereck*) Electis rei num. p. 112-130.

Oudinet. *Diſſertation du* MARC OUDINET *ſur une M daille de* Marc Aurele, *frappée à Mendès*; in *Co tinuat. des Mémoires de Litt.* (à Paris 1727. 8) IV. p. 178 ſqq.

De numis *Fauſtinae*, M. Aurel. Antonini coniug vid. paullo ante ANTONINUS PIUS.

LVCIVS VERVS.

Capitolinus. JULII CAPITOLINI *L. Verus* Imperator inter Scriptores Hiſtor. Aug.

D. P. *Remarques ſur les Medailles, qui portent le no de* Lucille (*femme de* Verus) *par* D. P. in *Mercu de France* a. 1732. Aug. p. 1762-1768.

AVIDIVS CASSIANVS.

Gallicanus. VULCATII GALLICANI *Avidius Caſſian* inter Scriptt. Hiſt. Aug.

L. AVRELIVS COMMODVS.

Lampridius. AELII LAMPRIDII *Commodus Antoninus*; i ter Scriptor. Hiſt. Aug.

Spon. JACOBI SPON *Diſſertation ſur une medai de* Commode; in eiusd. *Recherches curieuſes d'A tiquité* (à Lyon 1683. 4) p. 203-209.

JO

JOH. REISKII Diſſ. de numo Sibyllino Imp. *Commodi* et Troadenſium; acceſſ. *eiuſdem* Exercitatt. de vaticin. Sibyllin. *Lipſ.* 1688. 8. Reiske.

NICOLAI TOINARDI Diſſ. de *Commodi* Imperatoris aetate in numis inſcripta. *Pariſ.* 1690. 4; et in Bibl. litteraria, *being a Collect. of Inſcr.* etc. a. 1722. Num. IV. p. 24 ſqq. Toinard.

CHRISTOPH. WOLTERECK *Erläuterung einiger Münzen des Kayſers* Commodi; in eiusdem *Erläuterung einiger Münzen des Aemil. Geſchlechts* (Wolfenb. 1722. 8) p. 20-32. Wolterecк.

Explication du Revers d'une Medaille de grand Bronze de l'Empereur Commode; in *Mercure de France* a. 1736. p. 1116-1121. Explication etc.

Diſſertation d'un Anonyme ſur les medailles de Commode *frappées en Egypte;* in *Mém. de Trevoux* a. 1737. Mart. p. 906-916. Diſſert. etc.

JOH. BOUHIER *Lettre ſur une Medaille Greque de l'Empereur* Commode; in *Mercure de France* a. 1740. May p. 904-912. Bouhier.

L'Abbé BELLEY *Obſervations ſur pluſieurs Médailles frappées en Egypte en l'honneur de l'Empereur* Commode; in *Mém. de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XXI. p. 465-488. — A. 1747 praelecta et a. 1754 typis mandata eſt haec diſſertatio doctiſſima. Belley,

PERTINAX.

JULII CAPITOLINI *P. Helvius Pertinax;* inter Scriptt. Hiſt. Aug. Capitolinus.

DIDIVS JVLIANVS.

AELII SPARTIANI *Didius Julianus;* inter Scriptt. Hiſt. Aug. Spartianus.

SEPTIMIVS SEVERVS.

Spartianus. AELII SPARTIANI *Septimius Severus;* inte Scriptt. Hiſt. Aug.

C. PESCENNIVS NIGER.

Spartianus. AELII SPARTIANI *Peſcennius Niger;* inte Scriptt. Hiſt. Aug.

Biacca. FRANCISCI BIACCA Peſcenio *vendicato o Rifleſſioni che ſervono di riſpoſta alla replica fatti dal Giornale di Venezia contro il medaglione di* Peſ cenio *conſervato nel Muſeo Parmenſe.* Milano 1727. 8. — Eſt defenſio *Pedruſii*, Jeſuitae, auctoris operis, quod inſcribitur: *Ceſari in Medaglioni raccolti nel Muſeo Farneſe*, contra Ephemerides, quas titulus libelli innuit.

Gervaſoni. JOH. BAPT. GERVASONI *Lettera intorno una antica Iſcrizione* Criſtiana, *ed intorno una Medaglia di* Peſcenio; in *Miſcellanea di varie Operette* (Venez. 1741. 12) T.V. p. 357-427.

Panel et Tournemine. Cf. PANEL et TOURNEMINE ſub Galba.

Steinhofer. JOH. ULR. STEINHOFER's *Schreiben über eine Münze* Peſcennii Nigri; in *Frankfurt. gelehrt. Zeitungen* a. 1743. p. 37-42.

de Boze. DE BOZE *Reflexions* ſur les Médailles de Peſcennius Niger, *et ſur quelques ſingularités de l'hiſtoire de ſa vie;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcript.* T. XXIV. p. 105-120. — In hac diſſertatione praelecta a. 1750, et in lucem publicam edita a. 1756, deſcribitur et delineatur unicus hucusque repertus numus *aureus* Peſcennii Nigri, qui cimeliarchio regis Galliarum ineſt. Simul Boſius doctiſſimus nonnulla huius Imperatoris facta clariora reddere ſtudet, quam antea factum fuerat.

CLO

CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS.

JULII CAPITOLINI *Clodius Albinus;* inter Capitolinus.
Script. Hiſt. Aug.

Sur une Inſcription de l'Empereur Albin; in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcr.* T. I. p. 212 ſqq.

L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX.

JOH. CHRISTOPH. OLEARII Epiſtola de Olearius.
nummo *L. Sept. Severi*, in quo Mars cum ſcalis apparet, e Theſauro Arnſtadio-Schwarzburgico. *Jenae* 1696. 4; et in *(Wolterck)* Electis rei num. p. 131-141.

N. DE GRAINVILLE *Lettre ſur une Medaille* de Grainville.
de Severe; in *Mém. de Trevoux* a. 1709. Octob. p. 1835-1851.

Lettre de l'Abbé MEZZABARBA *au ſujet d'une* Mezzabarba.
Medaille Grecque de Septime Severe; *ibid.* a. 1705. Jan. p. 29-37. *Latine* in *(Woltereck)* Electis rei num. p. 141-147.

JACOBI SPON *Diſſertation ſur une medaille* Spon.
antique de Severe *et* Julia Domna; in eiusd. *Recherches curieuſes d'Antiquité* (à Lyon 1683. 4) p. 180-194.

DE VALOIS *ſur deux medailles antiques de* Se- de Valois
vere *et de* Julie Domne, *qui n'ont point encore été publiées;* in *Hiſt. de l'Acad. des Inſcr.* T. XVIII. p. 327 ſqq.

M. AVRELIVS ANTONINVS CARACALLA.

AELII SPARTIANI *Baſſianus Antoninus Ca-* Spartianus.
racalla; inter Scriptores Hiſt. Aug.

Patin. CAROLI PATINI Natalitia Jovis in numiſma te Imp. *Antonini Caracallae* expreſſa. *Patav.* 1681 4. Cum figg.

Patina. GABRIELIDIS CAROLAE PATINAE *Pariſinae, Academicae*, Diſſ. de Phoenice in numiſmate Imp. *Antonini Caracallae* expreſſa. *Venet.* 1683 4. Cum figg. — Eſt idem numus, quem pater Patinae in diſſertatione modo laudata explicandum ſibi ſumſerat. Filia de eo ſaltem diſpicit quid avis ſibi velit in altera numi facie, quae ſupra ramulos in calathi formam diſpoſitos, tanquam in nido conſtituta ampliſſimas extendens alas conſpicitur. Phoenicem eandem deſignare multorum veterum ſcriptorum teſtimoniis comprobat, ſimulque haud pauca de fabula eiusdem avis ac ſymbolis inde natis congeſſit.

Cf. Acta Erud. a. 1684. p. 587 ſqq.

de Camps. FRANCISCI DE CAMPS *Diſſertation ſur une medaille de* Caracalle, *repréſentant les Danſeurs à Corde;* in Sponii *Recherches curieuſes d'Antiq.* p. 407-418; et epitome huius Diſſertationis in *Journal des Savans* a. 1677. Nov. p. 302-308.

Toinard. NIC. TOINARDI Numiſmata duo Trajani et *Caracallae;* v. ſupra *Trajanus.*

Explication etc. *Explication d'une medaille fort rare de l'Empereur* Antonin (Caracalle), *fils de Severe, avec les Obſervations d'*ANT. GALLAND; in *Mém. de Trevoux* a. 1701. Mart. et Apr. p. 222-227. Sept. et Oct. p. 309-321. *Latine* in *(Woltereck)* Electis rei num. p. 148-164.

Witzleben. FRID. SIGISMUNDI WITZLEBEN Diſſ. hiſtorica, trium antiquorum numiſmatum *Plautillae, Antonini Caracallae* et *Gallieni* cum Venere victrici explicationem continens. *Venere Salicae* (i. e. *Halae*) 1740. 4.

JOSEPHI

JOSEPHI ANTONII GUATTANI *della gran* Guattani.
la ſoleare nelle Terme di Antonino Caracalla.
Roma 1783. 8.

Ad hiſtoriam *Caracallae* facit etiam EZECHIELIS SPANHEMII diſſertatio elegantiſſima *de Orbe Romano* ſ. ad conſtitutionem Imp. Antonini, de qua Ulpianus leg. XVII. Digeſt. de ſtatu hominum exercitationes duae, quas tomo undecimo p. 1 ſqq. theſauri ſui inſeruit Graevius; apud Anglos ſeparatim editae (*Lond.* 1703. 4, quae editio eſt ſecunda, ab auctore recenſita, et altera parte auctior) et *Halae* cura *Heineccii*, 1728. 4. Spanhemius hoc libro conſtitutionem iſtam de ſtatu hominum Caracallae vindicat, et quantum confuſionis in hiſtoria Romana Antoninorum diverſitas pariat, docet. Spanheim.

Cf. Acta Erud. a. 1704. p. 193-201.

JO. PAULI MAHNERI, *Curiae Brunſuic. Secretarii*, Commentatio de M. Aurelio Antonino, Conſtitutionis de civitate univerſo orbi Romano data auctore. *Halae et Helmſt.* 1772. 8. — Auctor Spanhemii ſententiam acute quidem ac docte, ſed tamen conatu irrito, impugnat. Mahner.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1772. p. 130 ſqq.

SEPT. ANTONINVS GETA.

AELII SPARTIANI (ſ. ut alii volunt, JULII CAPITOLINI) *Antoninus Geta;* inter Scriptores Hiſt. Aug. Spartianus ſ. Jul. Capitolinus.

GUILIELMI MUSGRAVE *Reg. Soc. utriusque Socii*, *Geta* Britannicus, cum notis *Iſaaci Caſauboni*, *I. Gruteri*, *Cl. Salmaſii* et Editoris. Accedit domus *Severianae* ſynopſis chronologica, et de Iconcula quadam M. Regis Aelfredi Diſſertatio. *Iſcae Dumnoniorum* et *Londini* 1716. 8. Cum V Musgrave.

 tabb.

tabb. aen. — Primo loco Anglus doctiſſimus Vitam exhibet Getae, Caracallae fratris; quam cum plerique fide codicum MSS. Spartiano tribuant, ipſe in praemiſſis prolegomenis Dodwellum ſecutus, eam vindicat Julio Capitolino. Additae ſunt in hanc vitam Getae annotationes libri inſcriptione indicatae. Sequitur Musgravii diſſertatio de Geta Britannico, cuius caput primum in eo verſatur, ut probet, vetuſtum lapidem, qui eo fere tempore in agro Bathonienſi effoſſus nudum repraeſentat adoleſcentem, equo inſidentem, ſiniſtraque clypeum, dextra haſtam tenentem, habere imaginem Getae. Colligit illud ex numis, in quibus faciem Getae prorſus ſimilem eſſe faciei in iſta ſtatua expreſſae, ſibi perſuaſit. Addit alia argumenta, quae non gravia quidem ſatis videntur, modeſte tamen propoſita. Cap. II. de nomine Getae et aetate agit, eumque anno aetatis viceſimo tertio occiſum eſſe docet. Cap. III inſcriptiones octo, Getam exhibentes, producit easque antiquaria luce perfundit. Pari modo Cap. IV numos ſeptuaginta et quinque, memoriam Getae ſervantes, recenſet et illuſtrat. Denique Cap. V caedem Getae enarrat et ad eum ſpectantia reliqua. Subiungit huic diſſertationi Synopſin chronologicam domus Severianae, totam Severi filiorumque eius hiſtoriam per annos digeſtam exhibentem. Poſt diſſertationem de icuncula quadam Aelfredi, huc non ſpectantem, annexa eſt aenearum tabularum explicatio; quarum ultima ſiſtit Septizonium, gentis Severianae magnificum ſepulcrum a Severo Imp. exſtructum, et ex eo appellatum, quod ſeptem columnarum ordinibus ſibi invicem ſuperſtructis in altitudinem miraculo futuram excedebat.

Cf. Acta Erud. a. 1717 p. 22 ſqq.

JOH

JOH. CHRYSOST. SCARFO *Annotazioni ſo- un medaglione Greco di* Settimio Geta *in metallo; Lettera ſopra varii antichi mon.* p. 70 - 74. Scarfo.

M. SEVERVS OPELIVS ſ. OPILIVS MACRINVS.

JULII CAPITOLINI *M. Opilius Macrinus*; inter Scriptores Hiſt. Aug. Capitolinus.

I. C. SCARFO *Annotazioni ſopra tre Medaglie, ſopra uno Medaglione di* Macrino *in metallo;* vid. p. 83 - 90. Scarfo.

M. AVREL. ANTONINVS DIADVMENIANVS.

AELII LAMPRIDII *Antoninus Diadumenus* inter Scriptores Hiſt. Aug. Lampridius.

Remarques ſur une medaille Grecque de Diadumenien, par D. P. in *Mercure de France* a. 1733. p. 1516 - 1520. D. P.

A. G. (i. e. ANTONII GALLAND) *Diſſertation ſur une medaille Grecque de* Diadumenien; *ibid.* 1739. May p. 891 - 913. Galland.

AVRELIVS ANTONINVS HELIOGABALVS ſ. ELAGABALVS.

AELII LAMPRIDII *Antoninus Heliogabalus;* inter Scriptores Hiſt. Aug. Lampridius.

VIRGINII VALSECHI *a Brixia, Monachi Benedictini Congregationis Caſinenſis* (poſtea Abbatis monaſterii S. Mariae in urbe Florentina † 1739) M. *Aurelii Antonini Elagabali* tribunitia poteſtate V Diſſertatio hiſtorico - chronologica. *Florentiae* 1711. 4. — In annis Heliogabali definien-

dis mire diſcrepant ſcriptores, nec cum numis que marmoribus bene conveniunt, quin et h antiquitatis monimenta ſibi ipſa nonnunqu contradicunt. Praeterea, in quo dubio ſolver cardo rei maxime verſatur, numi plures *quint* huius Imperatoris *tribunitiam poteſtatem* exhibe quam attingere non potuiſſe videtur, ſi Di credas et Hippolyti laterculo, cum tribunitiae p teſtatis numerus ſemper in annos imperii incid Hinc in partes etiam ſciſſos videas eruditos rec tiores, qui hiſtoriam antiquam illuſtrarunt. V rum a Dione non recedendum, quin potius eius effatum, quicquid alii varie dicant, exigi d bere cenſet auctor huius diſſertationis. Eteni vidit Dio, quae ſcripſit, et ſumma cum diligen cuncta ſe conſignaſſe teſtatur ipſe, non reticen ſi alicubi accuratiore rerum cognitione deſtitu tur. Denique ſedulus eſt et exactiſſimus in ann tandis, praeter annos, menſibus etiam atque bus; quam eius prae Herodiano, et ipſo *αὐτόπτῃ*, nec minoris fidei ſcriptore, praero tivam mirum non clarius urſiſſe Valſechi quippe qui parum de temporum punctis ſollicit et rebus connexis enarrandis potiſſimum inten numeris rotundis omnia deſignat. Quod Me barbus et Vaillantius de Heliogabalo menſe Se tembri occiſo excogitaverant, fundamento deſti dicit, et ex Paſchali Canone corruere, qu cum Panviniano lapide ſic conciliat, ut dicat, o nia Heliogabalum dedicationi paraſſe, ipſam ve cum caede praeveniretur, non perfeciſſe. Ver non immerito aliquis obſervavit, vix poni potu lapidem eiusmodi poſt Heliogabali mortem, c Senatus impuriſſimi hominis memoriam ubi ſuſtulerit, quapropter columna, Hippolyti Ca nem inſculptum habens, poſt eius necem er

po

...s cenſetur. Fortius igitur contra Medibarbi ...ma pugnat Valſechius, monſtrando, quod ...llud omnis ſequentium Imperatorum chrono- ... confundatur. Conciliando nunc Dioni cum ...is, qui TR. POT. V. Heliogabali habent in- ...tum, dum accingitur Valſechius, eam prius ...nem, quam Pagius iniit, examinat atque re- ... Reiectis poſtea, quas ad difficultatem ſol- ...lam Toinardus et Petavius foverant, opinio- ...s, ipſe ſuam proponit eo redeuntem, ut He- ...balum initium ſui imperii a morte ipſius Ca- ...lae, cuius filium ſe jactitabat, deduxiſſe cen- ... Quam in rem obſervat, nihil non eum ...e, ut Macrini memoriam omnibus inviſam ...leret, eumque tanquam raptorem Imperii co- ...ceret, ex quo veroſimile ipſi videtur, eum ...pus etiam Imperii Macrini ſibi, tanquam legi- ... ſucceſſori, vindicaſſe, praeſertim cum tra- ...Dio et aliunde conſtet, eum ex faſtis Conſu- ...bus et marmoribus Macrini nomen eraſiſſe, ...nque ſubſtituiſſe. Iſta ſane ratione facile patet, quomodo ſcriptores veteres haud vere inter ...repent, cum Dio a Macrino victo, Hero- ...s retro, uterque non ſine cauſſa, numerare ...iant, et, quomodo in numis TR. P. V. ſtare ...t, ſalvo Dionis calculo. Caeterum lis inter ...tos ſuper hac re mota haud parum facit ad ...m multarum inſcriptionum atque numorum ...minandam ac conſtituendam.

... Acta Erud. a. 1712. p. 408-411.

...utſche Acta Erud. T. I. p. 187-195.

JOH. VIGNOLII Diſſertatio de anno primo Vignoli. ...perii *Severi Alexandri* Aug. quem praefert ca- ...thra marmorea S. Hippolyti Epiſcopi in Biblio- ...ca Vaticana. Addita Epiſtola ad Antonium Gallan-

Gallandium de numo quodam Antonini Pii iter edita et recognita. *Romae* 1712. 4. Contra V ſechium aſſurgit Vignolius, eique negotium, quo nos modo retulimus, non feliciter ſucceſſ demonſtrare ſtudet. Quum ſcilicet in annum U bis 970, qui eſt A. C. 217, atque Id. April. in dat interitus Caracallae, cumque inde ad clad Macrini annus duntaxat ac menſes duo efflu rint, illos additos ad annos tres, menſes no et dies quatuor Dionis, quibus ille imperium E gabali terminis circumſcribit, ne quinquenni quidem, nedum ſexennium Herodiani effic Nam ex integris annis quatuor aliis duobus di diatis Macrini imperio decerptis, fruſtra ſtatu Valſechium, ſexennium ſuum conſtruxiſſe Her dianum, qui Macrini imperio diſerte annum t buat. Ita generatim Valſechii ſententiam in mare ſtudet Vignolius: ſed et ad argume quae illi evincendae adduxit, ſigillatim reſpo Numos adeo, quos ſententiae ſuae favere c maverit Valſechius, adverſos illi quam ma eſſe Vignolius contendit. Largitur quidem V ſechio, tribunitiam poteſtatem non ſemper q dem primam denotari, ubi ſine numero e preſſa deprehenditur, maxime ſi vel Conſul vel aliud quid ſit additum, quod aliquo ei p repugnet. Concludit ex his aliisque argume nondum ad dirimendas rixas veterum aucto et numorum, quibus inter ſe contendunt, a liſſe Valſechium, quod operae ſit pretium, ut quas, quamcunque iis ſedandis diligentiam a buerit, nec dum deferbuiſſe opinatur. His ex ditis, ſuam ſententiam Vignolius declaraturus caede Elagabali deque initio imperii Alexandri ceſſoris diſputat, quorum neutrum in Mart anni CCXXII poſt C. N. incidere tuetur, q

Idi

... Aprilis, atque adeo media aeſtate adhuc ...balum ſuperfuiſſe quintumque imperii atti...mnum evincit.

Acta Erud. a. 1714. p. 302-307.

...HILIPPI A TURRE, *Epiſcopi Adrienſis* († della Turre.) de annis imperii *M. Aurelii Antonini Elaga...* de initio imperii ac duobus conſulatibus Ju...nioris diſſertatio apologetica, ad numum ...e Fauſtinae, tertiae eiusdem Elagabali uxo... *...tavii* 1713. 4. — Scriptor hic nobiliſſi...m ante Valſechium in tomo IV ephemeri...talicarum, quae inſcribuntur: *Giornale de'* ...i, Pagium ſecutus, contenderat, primum ... tribunitiae Heliogabali poteſtatis ad anni ...CXVIII initium referendum eſſe. A Val...in diſſertatione modo laudata impugnatus, ... diſſertatione apologetica non ſolum ſe de... verum et ipſe hoſtem aggreditur atque ex ...entis ſuis propellere ſtudet. Qua in re ut ...m Vignolio tuliſſe poſſit videri, ita tantum ...abeſt, ut eius in caſtra coeco tranſeat im... contra eundem ut arma ſtringat, quod Pa...ipſe ſententiam oppugnavit. Numos Elaga...ulit Valſechius, in quibus exprimuntur ...ria ab eodem Imperatore diſtributa cum in...one TR. P. II. COS. II. Congiaria illa Ela...s poſt menſem Aprilem A. U. 972, quo, ...bente Valſechio, Romam advenit, quam...adventum eundem in Julium Noſter rejicit, ...erit, neceſſe eſt. Quo tempore cum tri... poteſtas II illi tribuatur, non poteſt fieri, ...os imperii a morte Caracallae, quod eſt, ...70 numeraverit. Urget ulterius, Valſechii ...tiam vel ideo minus ſe tueri poſſe, quod, ...ot Elagabali numi ad nos pervenerint, nul-

lus

lus inveniatur, qui tribunitiam poteſtatem III c
Conſulatu II, quartam cum tertio et quin
cum eodem coniungat, cuiusmodi ſecundum V
ſechium cuſus omnino eſſe oportet. Quibus p
miſſis ad argumenta Valſechii eadem fere ratio
qua Vignolius, reſpondet. Neque tamen ope
luſerit, qui utriusque reſponſiones conferat,
pote mutuo ſe ſubinde illuſtrantes. Suam po
ſententiam contra Valſechii obiectiones propug
auctor. Hisce aliisque pluribus novam atte
de annis imperii Elagabali opinionem, qua ex
mat, iſtum die XVI Martii (non Maji, ut vul
Dionis et Xiphilini codices habent) A. U. 318
lutatum a militibus imperatorem fuiſſe, inde
eum deduxiſſe imperii annos, quorum quin
cum immineret, numos ſextiduo ante natal
imperii, ut eo diſtribuerentur, eſſe percuſſos.

Cf. Acta Erud. a. 1714. p. 307-312.

Vignoli, JOH. VIGNOLII Diſſertatio apologetica
anno primo imperii Severi Alexandri Aug. c
potiſſimum Programma Cycli Paſchalis S. Hip
lyti denuo exponitur et illuſtratur. *Romae* 1
4. — Vignolius diluere conatur, quae Phi
Turre ſententiae ſuae adverſa in medium attule
Redeunt ea ad ſeptendecim capita, quae Vig
lius in praefatione breviter adducit: caeter
agnoſcit gratus, Philippum a Turre non tant
relicta priore, quam Vignolius confutarat, P
ſententia, in aliam, quamvis ab eodem Pagio
cogitatam, diſceſſiſſe, ſed et eſſe inſuper faſſi
a Vignolii ſententia haud quaquam ſe prorſus
horrere. Caeterum et in hac et in aliis huius
gumenti diſſertationibus multa occurrunt, qu
Dio Caſſius atque ſcriptores hiſtoriae Augu
egregie illuſtrantur.

Cf. Acta Erud. a. 1716. p. 120-125.

(VIRG

(VIRGINII VALSECHII) de initio imperii Valſecchi.
veri Alexandri Aug. diſſertatio. *Florentiae* 1715.
— Valſechius, qui nomen ſuum dedicationi
ſcripſit, argumenta ſua, in priore diſſertatione
poſita, contra Vignolium et Philippum a Tur-
ulterius ſtabilire nititur. Primo loco ſeptem
menta, pro vulgata Dionis lectione, qua mors
agabali et inauguratio Alexandri ſtatuitur menſe
artio anni Chr. CCXXII, tuenda, afferuntur.
um confutantur Vignolii et Philippi a Turre ar-
menta. Praecipue explicationem programma-
Cycli Paſchalis S. Hippolyti a Vignolio propo-
am refellit.

PHILIPPI A TURRE, *Epiſcopi Adrienſis*, de della Torre.
ris imperii *M. Antonini Elagabali*, ac de initio
perii *Alexandri Severi* Diſſertatio apologetica II,
a potiſſimum verus ſenſus Programmatis Cycli
chalis S. Hippolyti reſtituitur et vindicatur, nec
n antiqua militaria itinera Romanorum et Grae-
rum illuſtrantur. Opus poſthumum. Addita
utoris Vita a Cl. Viro, JUSTO FONTANINO,
rchiepiſcopo Ancyrano, edita, nunc notis au-
a. Item FRANCISCI TRECCII, Veronenſis,
tio in funere Autoris. *Venetiis* 1741. 4. —
caſionem huic diſſertationi dedit Vignolius,
s in primis ſententiam de Canone Paſchali S.
polyti, in marmorea eiusdem cathedra, quae
Vaticana bibliotheca adſervatur, inſculpto, in-
gere annititur. Ut intelligatur, quomodo,
o libri monente, de antiquis militaribus itine-
s Romanorum in tali argumento tractando agi
t, ſequentia tenenda ſunt. Quaeritur nempe,
o anni tempore Elagabalus vita exceſſerit. Au-
ri noſtro viſum eſt, obiiſſe iſtum menſe Martio
C. 222. Idem placuit Pagio. Vignolius, obi-
e Elagabalum poſt 16 Maii diem, contendit.
Conve-

Convenit inter utroſque, praecipuum huius te poris characterem ex Eutropio (VIII, 13) de mendum eſſe, referente, *Elagabalum bienni octo menſibus*, poſtquam in urbem advenerat, fu interfectum. Conſentiunt in eo, Imperator Nicomedia initio Aprilis a. 219 diſceſſiſſe. quaeſtionem venit dies adventus, et an duo fere menſibus iter Nicomedia Romam potuerit e pediri, iter 1500 fere milliarium Romanor Philippus a Turre coniectaverat, Julio m Elagabalum attigiſſe Romam, ſiquidem itir militari veteres Romani XX vel XXV millia p ſuum conficere conſueverint. Vignolius huic ſe ſententiae obiecit, ratus, iter illud tardiore m tu fuiſſe peractum. Noſter vero ex interva manſionum oſtendit, nullam earum fere mi ab alia diſiunctam fuiſſe, quam XVIII milliarib plurimas ad XX, XXV, et plura, milliaria a fuiſſe, etc.

Cf. Nova Acta Erud. a. 1743. p. 632-638.

Belley. *L'Abbé* BELLEY *Mémoire ſur l'ordre chron gique des Impératrices, femmes* d'Elagabale; in *H de l'Acad. des Inſcriptt.* T. XLII. p. 60-65. (1786). — Quum Dio et Herodianus Helio bali uxores ordine diverſo ponunt, recentior que vel hunc vel illum ſequuntur; auctor hu diſſertatiunculae verum earundem uxorum or nem atque temporis periodos horum coniugi rum, numorum ope, conſtituere tentat. Ex q diſquiſitione elucet, Herodianum veriora trad diſſe, feminaſque iſtas hoc ordine ab Helio balo fuiſſe adſumtas: *Julia Cornelia Paula*, *A lia Severa*, *Annia Fauſtina*, *Aquilia Severa* secu da vice.

(CARO

(CAROLI. JOSEPHI) MEYER Heliogabale Meyer.
Alexandre Sévère, *Hiſtoires Romaines* à Paris
1777. 8. *Theotiſce*, Monaſterii 1779. 8. — Res
vulgus notas easque miſere detormatas appo-
it Meyerus.

Cf. *Allgemeine teutſche Bibl.* T. XLIV. p. 187 ſqq.

✣ ✣ ✣

PHILIPPI DELLA TORRE *Lettera ſopra* della Torre.
*Medaglione d'*Annia Fauſtina; in *Giornale de'*
Letterati d'Italia (Venet. 1710. 12). IV. p. 360-
Theotiſce, in *Neuen Bücherſaal* (Lipſ. 1712.
XIII Oeffnung p. 45-70. — Haec eſt eadem
ola, quae Valſechii diſputationem, de qua
modo retulimus, excitavit.

Giuſtificazione della Medaglia di Annia Fauſti- Giuſtificazione etc.
na; in *Giornale* etc. T. X. p. 498-504.

*Diſſertation ſur une Medaille d'*Annia Fauſtina; Diſſ. etc.
Mém. de Trevoux a. 1706. Octob. p. 1782-
791.

(JOH. HARDUINI) *Sentimens ſur deux medail-* Hardouin.
*les d'*Anne Fauſtine; *ibid.* a. 1713. Auguſt. p.
1436-1451.

JOHANNIS MASSON *Eclairciſſemens ſur les* Maſſon.
*deux Médailles d'*Anne Fauſtine, *avec une Répon-*
se aux objections du P. Hardouin; in eiusdem *Hiſt.*
crit. de la Republ: des Lettres T. V. p. 289-353.

JOH. LUCAE ZUZZERI *Diſſertation ſur une* Zuzzeri.
*Medaille d'argent d'*Annia Fauſtina; in *Mém. de Tre-*
voux a. 1745. Aug. p. 1445-1463. *Italice* et *Fran-*
Gallice cum *eiusd.* Diſſ. *ſopra una medaglia di Atta-*
. Venez. 1747. 4.

AVRELIVS ALEXANDER SEVERVS.

AELII LAMPRIDII *Alexander Severus*, inter Lampridius.
Scriptores Hiſt. Aug.

Praeter ſcriptores, modo ſub Heliogabalo recenſitos, conſuli poſſunt ſequentes:

le Beuf. *Lettre de Mr. le* B. (LE BEUF) *au ſujet d'une Inſcription Romaine ſur* Alexandre Sévère *et ſon aſſocié* Ovinius Camillus; in *Mercure de France* a. 1731. May p. 1045-1053.

D. P. *Lettre de M.* D. P. *au ſujet de la précédente;* ibid. Jul. p. 1687-1697.

le Beuf. *Réponſe de Mr.* LE BEUF *à la précédente;* ibid. Octob. p. 2334-2352.

Defenſe du même contre M. D. P. ibid. a. 1732. Aug. p. 1709-1734.

D. P. *Réplique de M.* D. P. *à la précédente;* ibid. a. 1733. Febr. p. 230-246.

le Beuf. *Lettre de M.* LE BEUF pour *ſervir de Réponſe à la Réplique de M. D. P.* ibid. Jul. p. 1488-1502.

Jablonski. PAULI ERNESTI JABLONSKI Exercitatio de *Alexandro Severo*, Chriſtianorum ſacris per Gnoſticos initiato; in *Miſcell. Lipſ. Nov.* Vol. IV. P. I. p. 57-94.

* * *

Hardouin. (JOH. HARDUINI) *Généalogie de l'Empereur* Sévère Alexandre, *priſe ſur les medailles;* in *Mém. de Trevoux* a. 1729. Aug. p. 1371-1380.

Seguin. PETRI SEGUINI Diſſ. de numo regio, cuius occaſione *Alexandro Severo* et *Traj. Decio* ſuae uxores ex numis vindicantur; poſt *eiusd.* Selecta numiſmata (*Lutet. Pariſ.* 1684. 4) p. 287-298.

Victorius. FR. VICTORII Epiſtola de Muſei Victorii emblemate et de nonnullis numiſmatibus *Alex. Severi.* Romae 1747. 4.

MAXIMINI.

Capitolinus. JULII CAPITOLINI Maximini duo; inter Scriptores Hiſt. Aug.

CHRISTI-

CHRISTI. GOTTLIEB SCHWARZII Diſſ. de Maximino Imp. ad illuſtrandum fragmentum veteris inſcriptionis Oeringae nuper repertum. *Altorf.* 1741. 4.

✣ ✣ ✣

N. DE GRAINVILLE *Lettre ſur une Medaille de Maximin*; in *Mém. de Trevoux* a. 1704. Jan. p. 54-61. *Italice* in *Galleria di Minerva* (Venez. 1704. fol.) T. IV. p. 342-346. *Latine* in *(Wolfenbuttelisch)* Electis rei num. p. 276-282. de Grainville.

JOH. CHRYS. SCARFO *Annotazioni ſopra la Medaglia Greca di* Paolino, *moglie dell' Imperator Maſſimino*; in *eiusd. Lettera ſopra var. ant. mon.* p. 97-99. Scarfo.

GORDIANI.

JULII CAPITOLINI *Gordiani* tres; inter Scriptt. Hiſt. Aug. Capitolinus.

✣ ✣ ✣

(JOH. BAPTISTAE DU BOS) *Hiſtoire des quatre* Gordiens, *prouvée et illuſtrée par les medailles*: Paris 1695. 12. du Bos.

(ANTONII GALLAND) *Lettre touchant l'hiſtoire des quatre* Gordiens. *à Paris* 1696. 12. Galland.

(GISBERTI CUPERI) Hiſtoria trium Gordianorum. *Daventr.* 1697. 8. Cum numiſmat. Cuper.

Projet d'une nouvelle Edition de l'Hiſtoire de trois Gordiens que Mr. Gisb. Cuper *s'eſt propoſé de donner*; in *Hiſt. crit. de la Republ. des Lettres* T. XI. p. 197-214.

(JOH. BAPT. DU BOS) Vindiciae pro quatuor Gordianorum hiſtoria. *Pariſ.* 1700. 12. du Bos.

Gordianos a Du Boſio et Galland contra veritatem hiſtoricam multiplicari, ſatis abunde demonſtra-

Basnage. monſtravit SAMUEL BASNAGIUS in Annalibu politico-eccleſ. T. II. p. 318 ſqq. et uberiu

Spanheim. EZECH. SPANHEMIUS in opere de praeſtanti et uſu numiſmatum antiq. T. II. p. 243-252.

de Fontenu. (LUDOVICI FRANCISCI) DE FONTEN *Diſſertation ſur une medaille de* Gordien Pie, *et ſu l'Hiſtoire* de la *ville de Sinope, où cette medaille a é frappée;* in *Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. X. p 465-473.

Sperling. OTTONIS SPERLINGII Diſſ. ad num *Furiae Sabiniae* Tranquillinae, Aug. Imp. *Gordi ni* tertii uxoris. *Amſtelod.* 1688. 8. Cum figg. ae

Cf. Acta Erud. a. 1687. p. 645 ſqq.

BALBINVS et PVPIENVS.

Capitolinus. JULII CAPITOLINI *Maximus* et *Balbinus* inter Scriptores Hiſt. Aug.

Laetus. POMPONII LAETI Romanae hiſtoriae compendium a *Balbino* usque ad Juſtinum III. v. ſupra Vol. IV. P. I. p. 369.

de Valois. De numo *Pupieni* raro v. DE VALOIS in *Hi de l'Acad. des Inſcr.* T. XVIII. p. 229 ſq.

M. JVLIVS PHILIPPVS *Arabs.*

De huius Imperatoris Chriſtianiſmo vehemen ter olim viri docti diſcreparunt; utrum ſcilicet il an Conſtantinus Magnus, primus fuerit Imper tor Chriſtianus? Quo orta ſunt ſcripta quentia:

le Clerc. DAVIDIS CLERICI Quaeſtio, an *Phili* (ſcil. pater et filius) fuerint Chriſtiani? in Quaeſtion. ſacr. (*Amſtelod.* 1685, 8) p. 202

Kortholt. CHRISTIANI KORTHOLTI Diſſ. de *Phil Arabis*, Alexandri, Mammaeae, Plinii junioris Senec

Senecae Chriſtianiſmo. *Roſtoch.* 1662. 4. — Sententiae ſuperiorum ſcriptorum ſuper hoc argumento diligenter collegit Kortholtus.

CONR. SAM. SCHURZFLEISCH de primo Chriſtianorum Imperatore. *Viteb.* 1679. 4; et inter *eiusd.* Diſſertt. hiſtor. num. 63 (*Lipſ.* 1699. 4) et num. 42 (ſec. edit. *Berolin.* 1699. 4) p. 536ᵃ-546ᵇ. Schurzfleiſch.

Eiusdem Diſſertt. de *Philippis* Auguſtis. *Viteb.* 1698. 4; et inter *eiusd.* Diſſertt. hiſtor. num. 64 (ſec. edit. Lipſ.) num. 41 (ſec. ed. Berol.) p. 553ᵃ-556ᵃ. — Diſquiſitio huius auctoris eo redit, ut exiſtimet, famam, quae de emendata Philipporum religione percrebuit, non firmiſſimis niti fundamentis.

JOH. FRIDERICI KOEBERI Diſſ. de *Philippo Arabe*, utrum primus Chriſtianus Imperator fuerit, an potius Conſtantinus M. *Gerae* 1680. 4. Koeber.

JOH. GEORGII NEUMANNI Diſſert. hiſt. de *Philippo Arabe*, primo, ut videtur, Chriſtianorum Imperatore *Vitembergae* 1684. 4. Neumann.

(P. DE LA FAYE) *Entretiens hiſtoriques ſur le Chriſtianiſme de l'Empereur Philippe, dans lesquels on prouve et on établit ce Chriſtianiſme, et dans lesquels on a inſéré une infinité de choſes très utiles et très curieuſes, et un grand nombre d'événemens ſurprenans et divertiſſans. Addreſſés à* Monſieur P . . . Pictet), *Paſteur et Profeſſeur en Theologie.* à Basle 1690. 8. *à Utrecht* 1692. 12. — Ex hoc libello colligitur, Pictetum, Genevenſem, quaeſtionem iſtam propoſuiſſe P. Fayo, Miniſtro quondam Reformatorum, poſt exuli, qui illam non litteris tantum amoebaeis, ſed et diſſertatione hac bipartita ventilavit, ac ſententiam affirmantem contra Pictetum negantem operoſe defendit. Parte quippe prima adverſarii obiecta diluere conatur, altera de la Faye.

 ſua

ſua contra eum argumenta urget. Contendit ter alia, ex criminibus, Philippo obiectis, n concludi poſſe, cum ſimilia, ſi non maiora, periantur in Conſtantino M. nec ex ludis ſaecu ribus, cum alii Imperatores etiam ritibus ethni rum faverint; nec etiam, quod Conſtantinus catur primus baptizatus, cum forſan pro m baptiſmum ad mortem usque diſtulerit Philipp Potius tamen argumenta negantia deſtruere co tur, quam ut affirmantia corroboret.

Cf. Acta Erud. a. 1690. p. 492-497.

Ciampini. IOANNIS CIAMPINI, *Romani, Magiſtri vium Gratiae, ac in utraque Signatura Referend* ſacro-hiſtorica Diſquiſitio de duobus Emblem bus, quae in Cimelio Eminentiſſ. et Reveren Domini Gaſparis Cardinalis Carpinei aſſervan in quorum altero praecipue diſceptatur, an Philippi Imperatores fuerint Chriſtiani. *R* 1691. 4. — Et hicce ſcriptor varias aucto de illa re ſententias longo ordine per ſecula re ſet. Poſtea ſuam addit, ex qua Chriſtianos Philippos duos nullus dubitat aſſerere, ſimul ſecus ſentientium opiniones refutare.

Cf. Acta Erud. Suppl. T. II. p. 92-97.

Horn. THEODORI HORNII Exercitatio acade de *Philippi Arabis*, Auguſti, fide Chriſtiana. *phiswald.* 1693. 4.

Cellarius. CHRISTOPH. CELLARII Diſſ. de primo p cipe Chriſtiano. *Halae* 1698. 4. recuſa *ibid.* 4; et inter *eius* Diſſertt. acadd. p. 299-340. Omnium fere imperatorum usque ad Conſta num favorem et odium erga rem Chriſtianam ctor exponit. Non eſſe veroſimile, Philipp Arabem primum profeſſionis Chriſtianae p ci

cipem fuiſſe, ſtatuit, ſed potius Conſtantino id tribuendum exiſtimat.

FRIDERICI SPANHEMII Diſquiſitio tripartita de traditis antiquiſſimis converſionibus, Lucii, Britonum regis, Juliae Mammaeae Aug. et *Philippi* Imp. patris et filii; in *eiusd.* Opp. (*Lugd. Bat.* 1703. fol.) T. II. p. 389-436. — Non vere nomen dediſſe Chriſto Philippos, Spanhemius demonſtrat. Spanheim.

V. etiam quos laudat I. A. FABRICIUS in Salutari luce evangelii etç. p. 235 ſqq. Fabricius.

ANTONII SANDINI Diſſ. de primo Imperatore Chriſtiano; inter *eiusd.* Diſſertatt. hiſtor. ad vitas Pontif. (*Ferrar.* 1742. 8) p. 52 ſqq. Sandinus.

THOMAE VINCENTII MONELIAE *Florentini, Ord. Praedic. in Colleg. S. Marci S. Theol.* *prim. Profeſſoris*, Diſſertatio de religione utriusque Philippi Auguſti; cum *eiusdem* Diſſ. de annis Jeſu Chriſti ſervatoris. *Romae* 1741. 4. — Italus, ingenio ac doctrina haud ignobilis, oſtendit, ad tria poſſe genera revocari, quas eruditi de iſtorum Philipporum pietate adverſus Chriſtum tulerunt praecipuas ſententias. Prima eſt Baronii, utrumque Philippum anno ſaeculari Chriſto nomen dediſſe. Altera, Philippum ſeniorem ad Chriſtianorum ſacra iam ſub imperii auſpicium acceſſiſſe, quam ſententiam variis argumentis tuitus eſt Petrus Daniel Huetius. Tertia, eaque Tillemontii, ponit eius acceſſum ad ſacra Chriſtianorum multo ante initium imperii. Harum nullam admittit auctor. Miratur, Huetium et Tillemontium, quibus tribuit ſubactum rebus hiſtoricis ingenium, non animadvertiſſe, nullam rem tam, quam ſacra ſaecularia, abhorrere a pietate adverſus religionis Chriſtianae auctorem. Ipſe vero in Franciſci Blanchinii ſententiam diſceſſionem facit, qui, tempore ſacrorum ſaecularium, negat, Philippos Moniglia.

 nomen

nomen Chriſto dediſſe. Apotheoſis Philippi ex auctoris ſententia, totam dirimit controverſiam quippe quae nunquam Chriſtianis Imp. tributa ſit. Qua occaſione egregios quosdam Philipporum numos, perverſe a multis in teſtimonium contrariae ſententiae raptos, vindicat. In primis multus eſt in numo Apamenſium illuſtrando, de quo Octav. Falconerius peculiarem conſcripſit diſſertationem. Huic diſquiſitioni praemiſſa eſt chronologia imperii Philippi. Sequuntur dein tabulae duae ludorum Petri Taſſini, quarum una ad Varronis normam compoſita eſt, altera ad Fabii Pictoris.

Cf. Nova Acta Erud. T. VII. p. 305 - 316.

Diſſ. hiſt. crit. *(Anonymi)* Diſſertatio hiſtorico critica: an Conſtantinus Magnus iure dicatur primus Imperator Chriſtianus? in JOH. GEORG. SCHELHORNII *Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhiſtorie und Litteratur* (Ulmae et Lipſ. 1761. 8) T. I. p. 1[illegible] - 154. Tranſtulit hanc diſſertationem Schelhornius in horreum ſuum ex plagulis vagis editionis pretioſae operum Lactantii, Salisburgi circa a. 1739 coeptae, at minime ad finem perductae. Auctor nobis ignotus honorem iſtum ſoli Conſtantino reſervandum ducit.

De vano Philippi Imp. Chriſtianiſmo quoque Stockmann. egit AUG. CORNELIUS STOCKMANNUS in Diſſ. de poetis non immunibus. *Lipſ.* 1779. 4.

* * *

Schwarz. CHRISTI. GOTTLIEB SCHWARZII Diſſ. de tempore ludorum ſaecularium ſub *Philippis Auguſtis* celebratorum. *Altorf.* 1723. 4. — Numi nonnulli horum Philipporum aeri inciſi exhibentur, poſtea tabulae, quibus numeri tribunitiae poteſtatis

ſ Philippi ſenioris et junioris ſecundum faſtos
..manorum diſponuntur. In diſſertatione ipſa
..c omnia doctiſſime illuſtrantur. Praecipue au-
m diſquiritur, utrum illi Judi ſaeculares ſub ini-
im anni milleſimi a Roma condita, an eodem
..o exeunte, vel iam completo finitoque, ſint
..i? In fine attingitur quaeſtio: num ex cele-
..ione horum ludorum ſaecularium certo pro-
..i poſſit, Philippum non fuiſſe Chriſtianum?

JOH. MICHAELIS HEUSINGERI Explanatio ..i laecularis (*Philippi Arabis*) urbis Romanae ..ſimo anno ſignati. *Iſenaci* 1744. 4. Heuſinger.

CN. MESSIVS QVINTVS TRAJANVS DECIVS.

Lettre ſur une Medaille de Herennia Cuperia ..ſcilla, *femme de* Trajan Dece; in *Mém. de Tre-..a.* 1756. April. p. 643-653. Lettre etc.

ANDREAE BLASKOVICH DE BLASKOVCZ, ..*byteri*, Diſſertationum Pars I et II, occaſione ..ns eruti marmoris Andautonienſi Pannoniae ..ae republica Imperatori *Trajano Decio* olim ..ati concinnata anno aerae Chriſtianae 1776. ..*abiae* 1781. fol. — Sunt ſex diſſertationes, ..um tertia potiſſimum huc pertinet, quippe ..e chronologiam Decii Imp. inſigniter illuſtrat. Blaskovich.

C. VIBIVS TREBONIANVS.

ANTONII GALLAND *Lettre ſur un Medaillon* Trebonien; in Jacobi Sponii *Recherches curieu-..d'Antiq.* p. 209-212. Galland.

.AVRELIVS LICINIVS VALERIVS VALERIANVS.

TREBELLII POLLIONIS *Valerianus*, pater et ..s; inter Scriptt. Hiſt. Aug. Trebellius Pollio.

Chamillard. (STEPHANI) CHAMILLARD *Lettre ſur Medaille de* Valerien, *dont la legende eſt ſinguli* in *Mém. de Trevoux* a. 1719. Apr. p. 668-6 et in *Journal des Savans* a. 1719. Sept. p. 323

Scarfo. JOH. CHRYSOSTOMI SCARFO *Annotaz ſopra un medaglione dell'Imperatore* Valeriano *in tallo;* in eiusd. *Lettera ſopra varii antichi mon* p. 56 ſqq.

di Pianura. (N. CONTE DI PIANURA) *Lettera al P. Gian. Franc. Baldi ſopra una medaglia di* Cor Supera, *moglie di* Valeriano. S. l. 1751. 4.

GALLIENI et XXX TYRANNI.

Trebellius Pollio. TREBELLII POLLIONIS *Gallieni* duo; in Scriptores Hiſt. Aug.

Schwarz. CHRISTI. GOTTLIEB. SCHWARZII Diſſ de monimento quodam *Corneliae Saloninae*, *G* uxoris; in *eiusdem* Schediaſmate de quibu doctrinae antiquariae capitibus (*Altorf.* 171 p. 1-27; et poſtea emendatius et auctius in Miſcellan. politioris humanit. (*Norimb.* 1721 p. 1-27. — Petitum eſt illud monimentu inſcriptio ex Prodromo Operis Danubialis C tis *Marſigli*. Schwarzius ante omnia diſq quae fuerit Cornelia Salonina in eodem ind eandemque Gallieni Imp. uxorem probe di guendam eſſe ab eiusdem concubina, Pipa ve para, contra plures viros eruditos variis argum tis confirmat, quippe qui omnes Saloninam at Piparam unam eandemque eſſe foeminam con derunt. Laudatur vero haec Salonina a re harum ſcriptoribus ob ſanctitatem, pietatem, dicitiam, amorem in litterarum ſtudia, alias virtutes, quanquam et nimiae in maritum, cu vita, laudes et merita ex numis atque Chriſtia

r

m in primis ſcriptorum teſtimoniis hic expo-
natur, dominationis accuſetur. Editioni alteri
KE. Opus poſthumum *Michael ab Overbeke*
ſuis

ſuis ſumtibus edi curavit. *Amſtelod.* 1708. To
III in fol. patentiſſ. Cum tabb. aen. CL. Adie
eſt verſio Francogallica. *Hagae Comit.* 1763.
Voll. eadem forma. *Itala* verſio prodiit hac
graphe: *Degli Avanzi dell' antica Roma, O
poſtuma di* Bonaventura Overbeke, *tradotta e
varie Oſſervazione critiche rifleſſive accreſciuta* da
lo Rolli, F. R. S. *Londra* 1739. fol. max. C
CL tabb. aen. Laudatur etiam editio in fo
octava eiusdem anni et eodem impreſſionis
notata; quae forte textum ſolum continet.
terpres Italus, cuius annotationes minime r
gendae, adiutus fuit ab *Jacobo Amico*, pictore
ſo celebri. — Recentiores artifices, qui
ſuo antiquariorum libros illuſtrare aggreſſi,
rum incuriam ſupplere auſi ſunt, nimium arti
indulſiſſe, queritur huius operis auctor. S
enim paucis aedificii alicuius reliquiis caetera
ab alio, quod ſupererat, intempeſtive trans
aut ex ingenio legum ſuarum et ornatus r
ſtudioſo addidiſſe. Ipſe igitur, cum Romae
mum eſſet, tanto maiore omnia ſtudio et obl
tione in privatos uſus delineavit, quanto v
mentius ad eiusmodi labores propriae naturae
mulis urgebatur. Reverſus in patriam cum
neretur, ut laudatas eruditis et ſculptoribus, q
quot viderant, ſchedas cum publico commun
ret, Romam repetiit, accuratius cuncta ad m
mentorum faciem exacturus. Defunctus alt
itinere, decrevit, operum, quorum reliquias
pinxerat, brevem notitiam, vocatis in par
praeter auctores Latinos veteres, antiquariis c
nibus, numis et inſcriptionibus, texere, et me
ſuras geometricas, architecturae ordines, m
morum genera, quaeque detexerat Architec
rum nomina indicare. Ubi cum incerta mu

occu

..currerent, non piguit, cum aliter ſe extricare ..n poſſet, tertium Romam petere, ut oculorum ..dicio uteretur. Tum demum admovit manum ..e et aeri ſollicite incidit, quicquid iconum con- ..iſiverat, palmo in dimenſionibus uſus Romano. ..eterum vero univerſam totius molis faciem ex- ..eſſiſſe contentus, ſingulas imagines in ea occur- ..ntes — quod multi dolent — leviter tantum obſcure adumbravit. Per fati autem legem non ..uit illi abſoluto opere frui, ſed phthiſis quadam ..ecie interiit, cum iam elegantiſſimae tituli effi- ..es a *Matthia Pool*, cui morbo impeditus ſculpen- ..s tradiderat, eſſent expeditae. Sed patruus eius ..poni operi coronidem, et praecipue numos ..lpi, verſionem Francogallicam adornari, et, ..ae imperfecta manſerat, deſcriptionem muro- ..m Romae ex conſilio *Johannis Clerici* ſuppleri ..ravit. Quo modo tabulae cum deſcriptionibus excipiant, docent *Acta Erud.* a. 1711. p. 143-9.

JOH. PETRI PINAROLI *Trattato delle coſe ..i memorabili di Roma tanto antiche che moderne, ..e in eſſe di preſente ſiſtrovano. Aggiuntevi le Spie- ..tioni di Baſſi Relievi et Inſcrizioni colla notizia del- ..Chieſe, Palazzi e Statue che l'adornano etc. Opera ..iſa in tré Tomi et deſcritta in Italiano et Franceſe ..a una aggiunta dell' importanza dello ſtudio delle ..edaglie antiche coi loro giuſti prezzi et il modo di ..marne una erudita ſerie.* In Roma 1725. III Voll. 12. Laudatur etiam: JACOBUS PINAROLI *..ll' Antichità di Roma, con le coſe più memorabili.* Roma 1703. II Voll. in 12. Sed nos nec hu- ..s nec illius operis notitiam iuſtam exhibere poſ- ..mus. Pinaroli.

JOH. GUIL. BERGERI Diſſ. de Romae vete- ..s maieſtate, in ruinis ac veſtigiis adhuc ſpirante. Berger.

Vitemb. 1727. 4. *ibid.* 1739. 4. Et in eiusdem Stromateo acad. p. 17 ſqq.

de' Ficoroni. FRANC. DE' FICORONI *Memorie più ſingolari di Roma e ſue Viçinanze, notate in una lettera a Sign. Bernard; colla Spiegazione d'una medaglia d'Omero.* In Roma 1730. fol. Rogatus, ut, quae Roma eiusque vicinia ſpectatu digniora hodienum complectitur, memoriae ſublevandae cauſa breviter exponeret auctor, enumerat libro hoc, ex quo forte maius opus, ſupra a nobis citatum, ortum, antiqua templa, thermas, circus, atque alia, quae eius aevo ſive integra, ſive temporum iniuria corrupta, ſpectantium ad ſe oculos convertunt. Brevi horum memorabilium recenſui, in quo nec mentio operum muſivorum ſtatuarumve aut picturarum recentiorum, quae nomen ferunt, deeſt, ſubiungitur diſquiſitio de conturniato numo Homeri, cuius adverſa in parte expreſſa eſt Dirce cum Zeto et Amphione tauroque.

Cf. Suppl. ad Nova Acta Erud. T. II. p. 277 ſqq.

Les plus beaux Monuments de Rome ancienne. Recueil des plus beaux morceaux de l'Antiquité Romaine, qui exiſtent encore: deſſinés par Monſieur Barbault. BARBAULT, *Peintre, ancien Penſionnaire du Roy* (de France) *à Rome, et gravés en CXXVIII planches avec leur explication.* à Rome 1761. fol. reg. Pertinet inſigne hoc opus, omnibusque chalcographicae et typographicae artis ſubſidiis ornatiſſimum, in primis ad architecturam antiquam. Quum cum templa, theatra, amphitheatra, circus, arcus triumphales, columnas, obeliſcos, aedes, thermas, aquaeductus, ſepulchra, ambitu ſuo contineret; pulcherrima harum partium monumenta, non plane temporum iniuria, hominum

qui

ıe furore deleta, ab eleganti ingenio manuque-
nuſta praedito Barbalto electa, delineata, et
)ulis aeneis, cum ab ipſo, tum a Montageo
lontagu) impreſſa, cum antiquae elegantiae ſtu-
lis communicata fuerunt. In his delineandis
n ſolum ſummam diligentiam ille adhibuit, ſed
am commentarios addidit. In quibus moni-
nta deſcribit, auctores eorum enarrat, et uſum,
i inſervierint, exponit; etiam inſcriptiones,
as praeferunt, et anaglypha, quibus ornata, me-
rat. Bonam et laudabilem in his commenta-
s brevitatem adhibuit eaque tantum explicuit,
ae ſumme neceſſaria ſunt ad cognoſcenda me-
s monimenta.

Cf. KLOTZII Acta litter. Vol. II. p. 130-139.

(CHRISTIAN TRAUGOTT WEINLIG, Ar- Weinlig.
itecti Dresdenſis) *Briefe über Rom, nach Anlei-
g der davon vorhandenen Proſpecte von* Piraneſi,
ıini, *und andern berühmten Meiſtern.* Dresdae
81-1786. III Voll. in 4 mai. Cum tabb. aen. —
ıus, quantum nos ſcimus, haud abſolutum;
od non miraberis, ſi ſcias, tabulas aeneas ma-
nam partem manu rudi exaratas eſſe: deſcrip-
nes probabiliores videntur. Eſt praeterea ma-
ı novae, quam veteri Romae dicatum.

* * *

ANTONII BOSIO (Mediolanenſis, ICti et Boſio.
rchaeologi Romani † 1629) *Roma ſotterranea,
ra poſtuma, compita, diſpoſta et accreſciuta da*
IOVANNI SEVERANI DA S. SEVERANO, Severani.
*la quale ſi tratta de' ſacri cimiterii di Roma, del
o, forma et uſo antico di eſſi, de' cubiculi, oratorii,
agini, ieroglifici, iſcrittioni et epitaffi, che vi ſono,
ovamente viſitati e riconoſciuti da* OTTAVIO

 PICO.

Pico. PICO. *Del ſignificato delle dette imagini et ieroglifici, de' riti funerali in ſepelirvi i deſonti, de' marti[ri] in eſſi riſpoſti, o martirizati nelle vie circonvi[cine,] delle coſe memorabili ſacre et profane, delle med[esime] vie etc.* *Publicata dal Commendatore Fr.* CAR[LO]

Aldobrandino. ALDOBRANDINO. In Roma 1632. fol. [...] Cum figg. aen. *Ibid.* 1650. 4. Cum figg. aen. *La[tine]*, variis acceſſionibus et mutationibus, a PA[U-]

Aringhi. LO ARINGHO, Romano, et Congreg. Ora[torii] Presbytero. *Romae* 1651. II Tomi in fol. C[um] figg. aen. *Coloniae* et veneunt *Lutetiae Pariſ[iis]* (ſ. potius *Amſtel.*) 1659. II Tomi in fol. E[pito]me Latina (*Roma ſubterranea, ex maiori opere* *portatilem formam concinnata*) prodiit *Arn[hemi]* 1671. 12. *Theotiſce* a *Chriſtoph. Baumanno*, [...] 1668. 12. *ibid.* 1671. 12. — Hiſtoriam o[peris] celeberrimi optime Aringhus narrat his ver[bis:] „*Antonius Boſius*, fama ſat orbi notus *), et [in] ſacra vir antiquitate optime meritus, primus [om]nium eccleſiaſticam coemeteriorum hiſtoriam [in]genti ſtudio ac labore, per annos multos, [non] absque magnis impenſis curioſe perquiſitam, [con]geſſerat in faſcem potius, quam in volume[n di]geſſerat, cum re prorſus infecta fatis conce[ſſit.] Quapropter tenebris ac ſepulchro, una cum [eo] pariter auctore, opus illatum addictumque [fuiſ]ſet, niſi benigna Eminentiſſimi *Franciſci* Card[ina]lis Barberini .... manus adſuiſſet. Eius q[ui]ppe iuſſu *Joannes Severanus*, congregationis no[ſtrae] Pres[byter]

*) Mala etiam ex parte. Certe *Janus Nicius Eryth[raeus]* in Pinacotheca P. I. p. 233 (ſec. edit. Colon. 164[.]) fuſe exponit bacchanalia, ſtrepitus, iocos et face[tias], quibus Boſius cum amicis in cryptis iſtis indulſit, [ut] crederes, non illic verſari homines, ſed bacchari [dae]mones, non opus religioſum elaborari, ſed Ba[cchi] ſacra fieri, vel manes evocari ab inferis.

esbyter, attritae iam inter ſtudia aetatis provin-
am ſubire coactus, temporis anguſtia, ac rerum,
as in unum coacervatas, haud probe tamen
geſtas reperit, copia abſterritus lento ſibi pede,
paſſim aberrare contingeret, procedendum in-
xerat; verum Cardinalis eiusdem auctoritas,
carium inſtar ſtimulos quotidie admovens, in-
re ac reluctantem torpentemque in opus perur-
re non deſtitit, ut qui ſubterraneam poſt aucto-
obitum in lucem quantocyus prodire Romam,
ſacram quodammodo, vel unico iſto opere ab
teritu antiquitatem vindicaret, et Romae Ro-
am redderet, impenſius cupiebat. Quamob-
m opus haud mature elaboratum, expenſum,
ſuis numeris abſolutum (quod erat illi in votis)
iam primum compilando, brevi, ut ita dicam,
anu, librum, quem ſevera iudicii trutina libran-
m propoſuerat, haud congruam temporis mo-
n nactus, intempeſtive edidit potius, quam diu,
par erat, lucubrando elaboravit. Nam ut de
eteris taceamus, quartum praecipue librum,
i multiplici recolendae antiquitatis eruditione
atet, dum ipſae illam ſub praelo paginae labora-
nt, percurrendo exſcripſit. Quod ſi Italico
imum idiomate volumen in lucem prodiit, id eo
tiſſimum conſilio, ut multorum petitioni, qui
omanis res primum urbanas ac domeſticas intra
rbem degentibus divitias innoteſcere cupiebant,
portunisque amicorum votis fieret ſatis a Se-
rano praeſtitum. Verum ubi praeoptatam lu-
m liber aſpexit, utpote innumeris rei antiqua-
e theſauris refertus locupletatusque, cuncto-
m ultro, prompte, libenterque manibus excep-
s eſt, quin immo cum idem omnium utilitati
que oblectamento inſerviat, omnium enixe vo-
exquiri coepit . . . . . Quapropter ipſemet,

 qui

qui vernacula librum lingua ediderat, Latino qu- que a ſe conſcribendum ſermone putavit: at d. in rem totus incumbit, morte praeventus v- compos effici nequivit. Verum ſubinde erudit- rum preces ac ſtudia, ut ſubterranea Roma La- nitati redderetur optatamque, uti praeconce- ſpes inerat, lucem tandem aſpiceret, vehem- tius inſtare coeperunt. Quocirca fratrum e- minimus, licet invitus, eorum, quorum imp- reluctari piaculum fuerat, hanc ſubire, et Ro- ſubterraneae, cui quondam perluſtrandae pe- admoveram, manum quoque illuſtrandae ad- vere coactus ſum. Dum rem vero aggred- multiplices difficultatum ambages, quod non- taram incurrens, haud ipſammet omnino ſubt- raneam, editam hactenus a *Boſio* Romam, - quam plura, et nova quidem, *Boſio*, *Baronio*, - *verano*, *Henrico*, *Spondano*, aliisque ſacris pro- tisque Antiquariis facem praeferentibus, coe- terialium rerum monimenta, quae ad inſtituti - poſitum faciunt, et quae in iam edito opere - derari videbantur, ſimul coacervando excu- rem, aliamque propemodum de facie Romam - bi atque Orbi contemplandam exhibere pro vi- bus conati ſumus. Novum igitur, ac non p- exiguum mihi laborem impoſui; meo quippe, - plano ac facili, grande et laborioſum opus - deſcribere aggreſſus, ipſiusque auctoris men- aſſecutus, eum veluti fidum itineris ducem - praeſcribens, operis quidem praecipue text- ordinem tamen ipſiusque hiſtoriae context- haud ex integro ſervandum, ſed novis inſu- quam pluribus, e probatorum promptuario ſcri- torum ſtudioſe collectis, praeſens hoc opus co- cinnandum propoſui. Atque ut totius ration- operis ediſſeramus, rem totam coemeterial-

ſe

ε hiſce libris diſtinctam illuſtratamque in duos
mos compilavimus, et primum quidem librum
ſtudioſi gratiam lectoris, tam ſacrae, quam
ofanae antiquitatis, etſi temporis anguſtiae prae-
dirent, pro noſtri tenuitate ingenii, novo plane
ıore contexere atque uberrime excolere ſtudui-
ıs, quod et in caeteris paſſim libris, ubi oppor-
na ſe praebuit occaſio, et in ſexto praecipue,
i de coemeterialibus ſymbolis atque imaginibus
ſeritur, conſulto a nobis praeſtitum eſt: in ſe-
ındo autem libro antiquae faciem Romae levi
:nicillo delineavimus, atque aeneae inciſum
bulae contemplandam lectori ſubiecimus, va-
mque coemeteriorum urbis amplitudinem ac
ımerum pariter adumbravimus, ut tu ipſemet
lex aderis, ſi ſubterraneam hactenus a Boſio
omam in volumen congeſtam, et a Severano
ɔinde cum additamentis editam, quae iam ſe-
ndam ſortita eſt editionem, cum hac noſtra no-
ıſſima componas, quae merito faciem una cum
iomate eum in modum immutaſſe cenſebitur,
novum iam . . . . pro veteri legentibus prae-
ıre opus videatur." — Monimenta igitur Ro-
ano — Chriſtiana, ut ita dicam, cumulata vi-
s in hoc opere; in quorum explicationem in-
ıns eruditionis vis eſt conſumta: quae tamen
aioris aeſtimanda eſſet, ſi teſtimoniorum ſelectui
ſuique maior cura ſubactiusque iudicium impen-
ım fuiſſet. Inſcriptiones magno numero inſertae
tilitatem non adeo laudabilem praeſtant.

Cf. IMMAN. FRID. GREGORII Deſcriptio ope-
ris Aringhiani, quam exhibuit, in *kritiſche Biblio-
thek* T. III. p. 323 ſqq. et in *Hamburgiſchen Brief-
wechſel* a. 1751. Partic. 38.

CLEMENT *Bibl. curieuſe* T. V. p. 110-116.

BAUMGARTEN *Nachrichten von merkwürd. Bü-
chern* T. V. p. 317-322.

MAZZUCHELLI *Scrittore d' Italia* Vol. II. P. III p. 1838.

Gli antichi Sepolcri overo Mauſolei Romani e Etruſchi, trovati in Roma et in altri luoghi cele- raccolti, diſegnati et intagliati da PIETRO SANTI Bartoli. BARTOLI. In Roma 1697. fol. Cum tabb. ae- CX. *Latine*, hac inſcriptione: Veterum Sepulcra ſeu Mauſolea Romanorum et Etruſcorum, inv- ta in-urbe Roma, aliisque locis celebribus, - lecta et delineata a PETRO SANCTIO BAR- LIO, cum explicationibus JOH. PETRI BEL- RII. Ex Italico in Latinum ſermonem transt- ALEXANDER DUKERUS. Editio correctior : emendatior. *Lugd. Bat.* 1728. fol. Eadem ex L- tina Al. Dukeri verſione in *Gronovii* Theſ. Ant. Graec. T. XII. — Bartolius monimenta Ro- na ſepulcralia, praeter illud, quod Curiatior- eſſe creditur in Albano, in quinque quaſi cla- dividit, quarum prima comprehendit ſepulcra- tiquiſſima familiarum Romanarum, quae dete- fuerunt in illa parte viae Aureliae, in qua Corſina ſita eſt; ſecunda, ſepulcra familiar- quarum nomen ad nos pervenit, et quae tem- re reip. Romanae floruerunt; tertia, ſepulcra eiusdem aetatis, ſed familiarum, quarum nom- tempus delevit; quarta, ſepulcra tempore Im- ratorum Rom. conſtructa; quinta, ſepulcra p- egrina lingua, in primis Etruſca, inſcripta. tabulis aeneis non aedificia tantum ſepulcroru- ſed inſcriptiones quoque, picturae, ſigilla, ſcu- turae, opera plaſtica, muſiva, urnae, lacrym- toria, aliaque vaſa ad ſacrificia pro mortuis facien- da ſpectantia repraeſentantur.

Cf. Acta Erud. a. 1698. p. 201 ſqq.

(MA

(MARCI ANTONII BOLDETTI, reliquiarum rarum Praefecti et Conſiliarii congregationis indulgentiis et reliquiis † 1749) *Oſſervazioni ſo-i Cimiterj de' Santi Martiri ed antichi Criſtiani Roma; aggiuntavi la ſerie di tutti quelli, che ſino preſente ſi ſono ſcoperti, e di altri ſimili, che ie parti del modo ſi trovano i con alcune riſleſſioni tiche ſopra il culto delle ſagre reliquie.* In Roma 20. fol. Cum multis figuris, paſſim contextui ertis. — Opus praeſtantiſſimum in tres di-ctum eſt libros, quorum primus LX, ſecun-s XX, tertius XXII capitibus abſolvitur. In ro primo coemeteria martyrum et veterum riſtianorum, quoad eorundem ſitum, ſymme-um, ordinem et diſpoſitionem deſcribuntur. In undo coemeteriorum ornamenta ordine expo-ntur, in quibus primum locum tenent inſcrip-nes ſepulcrales. Quantum illae habeant aucto-tis et fidei, utilitatis et ſuavitatis, auctor eru-e oſtendit. Tum alia ornamenta ſepulcralia, que in ſepulcris inventas, v. c. mures, teſtu-es, ſtatuas etc. perſequitur, et lucernis vete-m ac ſepulcrorum ſigillis lectoris animum non nus quam oculos delectat. In fine vero huius ri omnia, quae in agro Romano detecta ſunt, emeteria recenſet, et vocabulis ac titulis, qui-s ſepulcra denotantur, expoſitis, coemeteria, ae extra Romam in reliquis Italiae provinciis, c non, quae aliis in locis extra Italiam oſten-ntur, deſcribit. In libro tertio de reliquiarum ltu pro religionis ſuae placitis et traditione diſ-itat. Boldetti.

Cf. Acta Erud. a. 1722. p. 513-524.

BAUMGARTEN *Nachr. v. merkwürd. Büchern* T. V. p. 323-329.

Ficoroni. FRANC. DE' FICORONI *de' Mauſolei Ro…* In eiusdem *Diſſ. della Bolla d'Oro de' fanciulli …* *Rom.* (Rom. 1732. 4) p. 29-76.

Scultore e Pitture ſagre eſtratte da i cimite… Roma, pubblicate gia dagli Autori della Roma… ranea ed ora nuovamente date in luce, colle ſpi… ni, per ordine di Clemente XII. Parte I. In R… 1737. II Voll. Parte II. *ibid.* 1747. Parte III 1753. fol. —, Auctor operis ſplendidiſſimi, omnia hactenus recenſita ſuperat, erat JO-
Bottari. NES BOTTARI, Canonicus eccleſiae S. M… Transtiberinae et Cuſtos bibliothecae Vatic… († 1775).

❖ ❖ ❖

Monro. JOH. MONRO *Letter concerning the Cat… bes of Rom and Naples;* in *Philoſ. Transact.* … XXII. p. 643 650.

Fehmel. AMANDI GOTTHOLD FEHMELII Diſ… tiones II de Catacumbis Romanis. *Lipſ.* … 1713. 4.

SECTIO IV.

Deſcriptiones ſingularium quorundam a… ficiorum et monimentorum Romae veteris

Bianchini. FRANCISCI BIANCHINI, *Veroneſi* (… rendarii utriusque ſignaturae Innocentii XIII … Canonici etc. † 1729.) *del Palazzo de' Ceſari … ra poſtuma (data in luce da* GIUSEPPE BIANC… NI *) *in lingua Italiana e Latina.* Verona 1… fol. mai. Cum tabb. aen. XXVII. — Nar… quidem varii ſcriptores de illuſtriſſima veteris … mae parte, Palatio nempe Caeſarum, de … orig…

*) Qui fuit Franciſci nepos ex fratre et Congregat… Oratorii Romani Presbyter.

igine, incrementis et mirabili ſplendore; dicunt, b Auguſto modicas fuiſſe aedes, poſt a ſucceſſo- us in eximiam magnitudinem auctas eſſe, et idem imperante Tiberio domum Tiberianam, qua imperator habitabat, acceſſiſſe; mortuo berio, Caligulam Palatium maxime amplificaſſe, quamvis ſub Nerone omnia foedis commacu- entur incendiis, ſub Veſpaſiano tamen et Tito ectam fuiſſe urbem, tandem Domitianum in menſum exornaſſe domum ſuam porticibus, tuis, areis, veſtibulis, balneis, ut fere domici- m tot Imperatorum ſimul eſſe poſſet, quot an- cum ſummam rerum in urbe tenuerant: atta- n non idem eſt negotium, non aeque facilis penditur labor, verbisne deſcribas facta domus us, an formam, altitudinem, laxitatem, co- nnarum partitionem et dignitatem radio de- nes. Haec omnia vero praeſtitit Blanchinius. ous ipſum in capita undecim diviſit, quorum imum agit de ichnographia, orthographia, par- us inſervientibus ornamento Romanae antiquo- m Caeſarum domus. Caput II ſiſtit operis di- ſionem. III ideam generalem ſitus, ambitus m Palatini montis tum domus Imperatorum ibi- m exſtructae. IV deſcriptiones ſuperioris areae latini montis et veſtigiorum dirutae Regiae Cae- rum, ex reliquiis ibi detectis, ut per antiquarum rum ſcriptores in lucem prodierunt. V explo- tius cognita de ſtructura palatii ex detectis am- liſſimis aulis in hortis Farneſianorum. VI Ichno- raphiam totius palatii, univerſum Palatinum ollem occupantis, et a Domitiano pluribus in lo- is iterum exſtructi, perfecti et ad meliorem ymmetriam redacti. VII introitum ad palatium c amplificatum, eiusdemque veſtibulum, atrium t cavum aedium. VIII orthographiam ſive ſectio-

ſectionem partium palatii. IX caſtra ſeu ſtatio militum ad tuendas palatinas Caeſarum Aug tum aedes, prope atrium ac veſtibulum ſi atque alia aedificia, quae ſtationi erant prox X balneas domus Tiberianae. XI ſtructuram dificiorum, a Nerone domui palatinae adiecto et a Palatio ad Exquilias productorum, paullo a ſucceſſoribus deiectorum, praeſertim a T qui ſuas ibidem thermas erexit, atque ampl nem Neroniani illius operis, a Nerone domu reae nomine nuncupati. Huius capitis ini ſolum exhibetur, reliqua deſunt. Editor, *Blanchinius*, ſchedas auctoris in ordinem red opus limavit, emendavit verſionemque Lati adiecit.

Cf. Acta Erud. a. 1740. p. 97-110.

Cf. *Zuverläſſ. Nachr. von dem Zuſtande der W* P. XIII. p. 1-19.

BAUMGARTEN l. c. T. IX. p. 414. ſqq.

Bellori. JOH. PETRI BELLORII Veteres arcus gustorum triumphis inſignes, ex reliquiis, q Romae adhuc ſuperſunt, cum imaginibus tr phalibus reſtituti, antiquis numis notisque illu ti, nunc primum per JOH. JACOBUM DE BEIS aeneis typis vulgati. *Romae* 1690. fol. ma Bellorius antea iam in *Admirandis Romanarum tiquitatum ac veteris ſculpturae veſtigiis* arcuum d rum ſelectiores aliquot exhibuit: in hoc opere nium, quotquot quidem Romae eo tempore ſtabant, facies et ornamenta curioſae poſteri oculis exponere conſtituit. Ad quod inſtitut impigre perſequendum non parum excitatur fatetur editione Arcus Severiani, de quo po adiutum etiam ex Bibliotheca Barberina co *Franciſci Jamberti*, architecti, cognomento S

ga

lii, arcus aliquot delineatos deſcriptosque con-
ente, qui ea aetate, anno circiter 1468, non
eo, ut poſtea, mutili attritique, integriorem
iem referebant, ut ex eius delineationibus de-
dita nonnulla reſtituere potuerit. Primum lo-
m occupat arcus Imperatoris *Titi*, quatuor
m ſuffultus columnis; iunctae ſunt tabulae ae-
ae ſeptem. Succedunt arcus *Septimii Severi*:
ius *Severi* eiusque filii *Antonini*, ad radices Ca-
olii collocatus, de novo aeri inciſus eſt additis
arſi explicationibus. Exornant hunc itidem
item tabulae. Alter ab argentariis in veteri fo-
boario eidem *Severo*, Iuliae uxori, filiisque di-
us duarum facierum eſt. Hos excipit *Gallieni*,
go *S. Viti* a templo, cui adhaeret, dictus. Se-
itur *Conſtantini* arcus, qui ex Traianiano, ſive
triumphalibus Traiani monimentis deiectis ex-
itus, ab una alteraque fronte quatuor praefert
ulas, eiusdem Traiani rebus geſtis inſignes.
imus eſt *Portugalliae* vulgo cognominatus, ab
exandro VI P. R. deſtructus, auctoris incerti,
i ab una fronte duas Auguſtas imagines, ſed
eta vultus ſimilitudine, praetulit, quas ad *M.*
relium et *Fauſtinam* coniugem pertinuiſſe con-
tura eſt. His Auguſtorum arcubus breves Bel-
li notae explicationis cauſa ad calcem uniuscu-
que ſchematiſmi adiectae ſunt; et coronidis
o peculiari in tabula ſubnexi arcus Auguſtorum
noribus exſtructi, qui temporum iniuria pridem
ercidere, ea figura, qua in numis conſpiciun-
, quorum beneficio eorum ad nos exempla
venere.

t. Acta Erud. a. 1691. p. 201 ſq.

Arcus L. Septimii Severi Aug. anaglypha cum
plicatione JOS. MARIAE SUARESII *Romae* 1676. Suareſii.

1676. fol. — Eminet hic liber inter alios h generis.

Marm. baſis etc. Marmorea baſis Coloſſi Tiberio Caeſari e ob civitates Aſiae reſtitutas, cuius Coloſſi f *Joh. Meurſio* oppugnata defenditur etc. Pr trans Alpes vulgavit, revocavit, notis uber bus et novis obſervationibus ac nummis ill

Gronovius. vit LAURENTIUS THEODORUS GRONO *Lugd. Bat.* 1720. 8. Et in *Gronovii* Theſ. tiqq. Graec. T. VII. p. 433 ſqq.

Reland. HADR. RELANDI de ſpoliis templi Hi lymitani, in arcu Titiano Romae conſpicuis, V. ſupra Vol. I. P. II. p. 116.

Scriptores de columna Traiani et de colu Antonini Pii v. ſupra cap. XI. ſect. III.

Severoli. MARCELLI SEVEROLI *Diſſertazione ſo già antico Arco, detto volgamente di* Portogal *de' Baſſi relievi ſituati in eſſo;* in *Diſſertazioni Acad. Etruſca di Cortona* T. I. p. 109 ſqq.

* * *

Scriptores de Obeliſcis enumeravimus Vo P. I. p. 70-76.

* * *

Fontana. *L'Anfiteatro Flavio overo Coloſſeo di Roma ſcritto e delineato del Cavalier* CARLO FONT (Architecto Romano celeberrimo † 1714). *Haia* (ſ. potius *Londini*) 1725. fol. reg. Cum t aen. XXIV. — Ante et poſt Fontanam quidem res homines docti et artifices amphitheatrum F. anum, cuius reliquias Romani hodierni Coloſſ nuncupant, exhibuerunt, v. c. *Bern. Gamu* architectus, libris IV *delle Antichità di Roma* (V net. 1565. 4); *Vincent. Scamozzi*, architectus i centinus, Libro I operis, eodem titulo editi Ve 158

fol. nec non *Sebaſt. Serlius*, aeque archite-
in libro *d'Architettura* (Venet. 1566) qui-
datur *Juſtus Lipſius* de Amphitheatro (Ant.
1569 4), nec non *Scipio Maffaeus* de Am-
eatro Veroneſi L. I, quo differit de Amphi-
ris in univerſum (Veronae 1728. 12); porro
Guazzeſi de Amphitheatris Tuſcanis differ-
in vol. I operis inſcripti: *Saggi di Diſſerta-
accademiche lette nell' Accademia di Cortona*
1738. 4) p. 79 ſqq. Idem copioſius mul-
ſtravit in ſupplemento *alla Diſſertazione degli
atri Toſcani* (in *Raccolta di Opuſcoli ſcientif. e*
T. XX. p. 427 ſqq. Nonnulla etiam habet
us Mazzochius in libro ſuper mutilo Campani
hitheatri titulo (Neap. 1727. 4). Verum
es poſt ſe reliquit Fontana in opere, unice
itheatro Flaviano dicato, in quinque diſtri-
libros, quibus praemiſſa eſt generalis de thea-
t amphitheatris introductio, cum apud Grae-
tum Romanos. Primo libro habetur ichno-
hia terrena omniumque theatri planorum,
lexa ſphaeras omnes, cum arcuum, pila-
ambulacrorum, cuneorum, gradualium,
inctionum, a ſphaera extrema usque ad po-
regium, apparatu; ſic quidem, ut ſectiones
rum, quorum portiones tunc temporis ex-
nt, in vivo plenae, reliquorum ex veſtigiis
m innoteſcentium dilatiores exhibeantur.
dunt orthographiae exterioris amphitheatri
Librum ſecundum incipit ichnographia terre-
ſtituta, quae oeconomiam totius amphithea-
qualis integri fuit et illibati, complectitur.
ſubjiciuntur ichnographiae reſtitutae plano-
quatuor terreno imminentium, et alia prae-
onis velorum. Singulis enumeratio partium
enſurarum accurata adjicitur. Tertius liber
pandit

CAPVT XVII.

SCRIPTORES DE ANTIQUITATIBUS ROMANORUM PROFANIS.

SECTIO I.

Scriptores de forma et ſtatu reipublicae Romanae generales.

Panvinius. ONUPHRII PANVINII Civitas Romana. *Pariſ.* 1588. 8. Et in *Graevii* Theſ. Antiqq. Rom. T. I. p. 193 ſqq.

Eiusdem Reipublicae Romanae commentariorum Libri III. *Francof.* 1597. fol.

Sigonius. CAROLI SIGONII de antiquo iure Romanorum Libri II, cum *Latini Latinii* Obſervationibus; in *Graevii* Theſ. Antiqq. Rom. T. I. p. 9… et in Praefat.

Eiusdem de antiquo iure populi Romani Libri XI: duo de civium Romanorum, tres de Italiae, totidem de provinciarum antiquo iure, reliqui de Romanae iurisprudentiae iudiciis. Acceſſit, praeter obſervationes *Latini Latinii*, animadverſiones *Joannis Georgii Graevii*, nova diſſertatio prooemialis *Thomaſiana* de uſu vario ſtudii antiquitatum in primis in ſtudio iurisprudentiae Romanae. *Lipſ.* et *Halae* 1715. 8. — Sigonius libros iſtos duo de antiquo iure civium Rom. nec non libros tres de antiquo iure Italiae *Venetiis* a. 1560 edidit. Porro a. 1567 libros duos de antiquo iure provinciarum, deinde libros tres de Romanae iurisprudentiae iudiciis *Bononiae* a. 1574 abſolvit, eosdemque cum prioribus libris et tractatu de lege curiata magiſtratuum et imperatorum et iure eorum

op…

operi de iure provinciarum nomine libri tertii adiecto, in unum corpus collegit, idque undecim libris conſtans *Bononiae* a. 1574 in fol. edidit. Secuta eſt alia editio eiusdem formae a. 1576 ſub inſcriptione librorum XI de antiquo iure populi Rom. *Lutetiae Pariſ.* apud *Jacobum du Puy* venundata. Cum illa conveniunt duae editiones in Germania impreſſae, prior *Francofurti* a. 1593, poſterior *Hanoviae* a. 1609, utraque in folio. Cumque nullum fere horum exemplar ſupereſſet, inſerendos ſuo Theſauro Antiqq. Rom. cenſuit *Graevius;* quanquam in eo non tanta cura a viro doctiſſimo adhibita fuerit, quantam praeſtiterit alias, aliis occupationibus minus obrutus. Ipſum auctorem quod attinet, interdum aliquid humani paſſum eſſe negari non poteſt, id quod in opere tam impedito ac difficultatibus pleno mirandum forte non erit: ſed et pauciora iſta quidem ſunt et leviora, quam ut detrahere debeant exiſtimationi elaborationis egregiae. Nova operis editio, de qua hoc loco ſermo, iuxta exemplum Francofurtenſe adornata et in duos tomos diviſa eſt.

Cf. Acta Erud. a. 1715. p. 203-208.

PAULI MANUTII Liber de civitate Romana; in *Gaud. Roberti* Miſcellan. Ital. T. I. p. 161 ſqq. et in *Graevii* Theſ. Antiqq. Rom. T. I. poſt p. 31. Manutius.

SCIPIONIS GENTILIS Diſputationum illuſtrium, ſive de iure publico populi Romani Liber; in *Poleni* Suppl. nov. Theſ. Antiqq. T. I. p. 125 ſqq. Gentilis.

JOH. CHRISTOPH. FUGMANNI Notitia Romani ſtatus. *Viteberg.* 1671. 4. Fugmann.

SAMUELIS PUFENDORFFII Diſſ. de forma reipublicae Romanae; in *eiusd.* Diſſertatt. Acad. ſelect. (*Upſal.* 1677. 8) p. 357-404. Pufendorff.

Gravina. JANI VINCENTII GRAVINAE de Romano Imperio Liber ſingularis; in *eius* Opp. (*Lipſ.* 1717 4) p. 463 ſqq. Et in editione eorundem operum quam curavit *Gottfr. Maſcovius.* Lipſ. 1737. 4. — Gravina, elegans iſte doctusque Iureconſult Romanus, in hoc libro potiſſimum probare ſtu det, auctoritatem et maieſtatem reip. Romana ſub imperatoribus ulterius floruiſſe; Auguſtum eo, quod poteſtatem tribuniciam, pontificatum censuram nomenque patris patriae in ſe coniunxe rit, deſumſiſſe, non adſumſiſſe S. P. Q. R. maie ſtatem; nomen Imperatoris cum in Auguſto tu in eius ſucceſſoribus titulum fuiſſe militarem, q officium, cum exteris reip. hoſtibus pugnandi, i incubuerit, ſimul vero inter cives ipſos rempub cam per collegium iſtud, cuius ſocius Imperato fuiſſet, ſive per conſules, quibus Imperator n ſemper annumeraretur, totum imperium civ exercuiſſe; imperatoris auctoritatem nec cum comparari poſſe, quae dictatoribus conveniet nec cum dignitate regia caet. Quae omnia dem cultiſſima oratione tradita, ſed non ſatis ſ rerum peritis videbantur.

Moyle. WALTHERI MOYLE (Baka - Cornubienſ Armigeri † 1721) *Eſſay upon the Conſtitution of Roman Government;* in *eiusdem* Opp. (*Lond.* 17 8) Vol. I. p. 1 - 48. — Cauſas in primis inte nas, cur imperium Romanum a ſtatu monarchi limitato in Ariſtocratiam, ab hac in gubernati nem popularem et hinc in tyrranidem delabi op tuerit, auctor inveſtigat et demonſtrat.

Schöttgen. CHRISTIANI SCHOETTGENII Diſſ. ar quaria de iure publico Reipublicae Romanae. *St gard.* 1726. 4.

Trekell. ALBERTI DIETERICI TREKELL, *ICti*, S lectarum antiquitatum Romanarum Pars I, *in* q

poti

otiſſimum agitur de iure civitatis, Quiritium, atii, Italico, Coloniarum atque municiporum, multa inſuper iuris ac veterum ſcriptorum loca illuſtrantur. *Hagae Comit.* 1744. 8. — Auctor enties dicta non repetiit, ſed ipſe veritatem ſtuioſe ſcrutatus eſt.

CHRISTIANI WILHELMI KUESTNERI Diſſ. de modo regum appellandorum apud veteres Romanos. *Lipſ.* 1744. 4. — Auctor, hiſtoriae Romanae peritiſſimus, demonſtrat, quo modo Romani aliis regium nomen et regia ornamenta conceſſerint. Id quod auctoritatem et dignitatem eip. maxime augebat. Quum enim Romani aliuem Regem appellabant, eo ipſo certo et ſoleni modo, eum legitime regnum habere, et ab mnibus pro Rege haberi, velle ſignificabant. Qua ipſa re cum Regibus regna confirmarent, illa egis appellatio interdum ſcriptoribus regni conrmatio eſt. Praecipue auctor modum regni conrmandi per dona regia explicat, et indicem huiusnodi regum ſubnectit. Küſtner.

HENRICI BENEDICTI RICHTERI Res Romana exemplar. *Lipſ.* 1747. 4. Richter.

JOH. JAC. HECKINGII Diſſ. de ritibus conciendae pacis apud veteres Romanos. *Ienae* 748. 4. Hecking.

SECTIO II.

Scriptores de magiſtratibus reipublicae Romanae.

A. Scriptores generales.

PETRI SCRIVERII Reſpublica Romana. *ugd. Bat.* ex offic. Elzevir. 1626. 16. *ibid.* 1629. 6. — Ineſt huic libro, qui collectioni rerump. Elzevirianarum accenſetur, collectio ſcriptorum Scriverius.

 de

de magiſtratibus populi Romani ſequentium: ANDREAE DOMINICI FLOCCI de poteſtatibus Romanorum libri II; POMPONII LAETI de magiſtratibus Romanis libri II; RAPHAELIS VOLATERRANI de magiſtratibus et ſacerdotiis Romanorum commentarius; ANDREAS ALCIATUS de magiſtratibus et officiis Romanorum; PETRUS NANNIUS, *Alcmarianus*, de comitiis Romanorum; JUSTUS LIPSIUS de magiſtratibus veteris populi Romani; JANUS GULIELMUS, *Lubecensis* de magiſtratibus reip. Romanae, dum in libertate urbs fuit; GEORGIUS VAUCHOPIUS, *Scotus*, de magiſtratibus veteris populi Romani; PETRI SCRIVERII de Pſeudo-Feneſtella admonitio; Appendix de Romae ſtatu hodierno et Pontificis auctoritate.

Notitia dignitatum etc. Pancirollus. Notitia dignitatum utriusque Imperii, Orientis ſcilicet et Occidentis, ultra Arcadii Honoriique tempora, et in eadem GUIDI PANCIROLI commentarius, *eiusdemque* de Magiſtratibus municipalibus, rebusque bellicis tam novae quam veteris Romae Libellus. Acceſſit totius Imperii Romani typus. Editio auctior et emendatior. *Genevae* 1623. fol. Cum figg.

Feneſtella. L. FENESTELLAE (ſ. potius A. D. FLOCCI) Libellus de ſacerdotiis et magiſtratibus Romanorum. v. ſupra cap. XV. ſect. IV.

Laetus. POMPONIUS LAETUS de Romanorum magiſtratibus et ſacerdotiis. v. ibid.

Raph. Volaterranus. RAPHAELIS (MAPHAEI) VOLATERRANI de magiſtratibus et ſacerdotiis Romanorum commentarius. v. ibid.

Bebel. HENR. BEBELIUS de magiſtratibus et ſacerdotiis Romanorum. v. ibid.

Alciatus. ANDREAE ALCIATI de magiſtratibus, civilibusque et militaribus officiis Diſſertatio. Acceſſit Index

ndex Dignitatum civilium et militarium in Oriente. Primum prodiit cum notitia dignitatum utriusque Imperii 1528; adiecta etiam editioni huius Notitiae Pancirollianae. Poſtea cum eiusdem libro de quinque pedum praeſcriptione, *Lugduni* 1529. 8. *ibid.* 1530. 8. Sigillatim *Baſil.* 1552. fol. *ibid.* 1556. 8. *Venet.* 1593. fol. *Lugd.* 1608. fol. Inter Scriptt. Hiſtor. Rom. (*Aurel. Allobrog.* 1609. fol.) T. II. In *Scriverii* Rep. Rom. In Alciati Opp. (*Francof.* 1617. fol.) T. IV. p. 495 ſqq. In *Gaud. Roberti* Miſcellan. Ital. T. I. p. 527 ſqq. Et in *A. H. de Sallengre* Nov. Theſ. Ant. Rom. T. I. p. 328 ſqq. In plerisque hisce collectionibus omiſſus eſt Index Dignitatum etc.

FRANCISCI ROBORTELLI (*Rhetoris ac Archaeologi Patavini* † 1567) de gradibus honorum et magiſtratuum Romanorum Libellus; cum *eiusdem* opere de vita et victu populi Rom. ſub Imperator. *Bonon.* 1559. fol. In *Gaud. Roberti* Miſcellan. Ital. T. I. p. 680 ſqq. Et in *Graevii* Theſ. Antiqq. Rom. T. III. p. 43-46. Robortellus.

Idem de magiſtratibus Imperii; in *Graevii* Th. T. III. p. 38-42.

JANI GULIELMI, *Lubecenſis* († 1584) de magiſtratibus reipublicae Romanae, dum in libertate urbs fuit, Libellus. *Roſtochii* 1577. 4. Et in *Petri Scriverii* Rep. Rom. (*Lugd. Bat.* 1629. 16) p. 307-378. Et in *Sallengrii* Nov. Theſ. T. III. p. 965-1000. Gulielmus.

Cf. MOLLERI Cimbria litterata. T. III. p. 310.

JOACH. PERIONII de magiſtratibus Graecorum et Romanorum Libri III. v. ſupra Vol. III. P. II. p. 280. Perionius.

GUERINI PISONIS (*ICti Patavini* † 1591) de Romanorum et Venetorum magiſtratuum inter Piſo.

ſe comparatione, Libellus. *Patavii* 1563. 4. *Lip*
1669. 8.

Hotomannus. FRANC. HOTOMANNUS de magiſtratibus eorumque inſtitutione. *Baſil.* 1557. 8. In eiu Opp. In *Graevii* Theſ. Antiqq. Rom. T. II. p. 1864 ſqq. Et in *Clauſingii* Iure publ. Rom. T. III p. 603 ſqq.

Faber. PETRI FABRI de magiſtratibus Romanorum Commentarius; ad calcem Libri I Semeſtrium eiusdem ſcriptoris (*Lugd.* 1590. 4 ſaepiusque): et in *A. H. de Sallengre* Nov. Theſ. Antiqq. T. III. p. 1113-1167. Agit in primis de Conſulibus Rom.

Prevotius. Commentarius de magiſtratibus populi Romani ex variis autoribus collectus. Ad Reipubl. Rom. ſtatum cognoſcendum apprime utilis et neceſſarius. Opera CL. PREVOTII *), *Uxellodunenſis*, ab eius obitu in lucem editus. *Louſannae* 1578. 8. *ibid.* 1579. 8. (Utraque editio, prima potiſſimum, rariſſimis libris accenſetur). *Francfurti* (cura *Joach. Clutenii*) 1612. 8. Et in *A. H. de Sallengre* Novo Theſ. T. III. p. 1041-1100. — Omnis liber, in quo reipublicae Romanae gubernandae ratio exponitur, et magiſtratus, qui illi praefuerunt ab Urbe condita ad tempora usque Julii Caeſaris, deſcribuntur, in ſeptendecim diſtinctus eſt capita, quorum I agit de populo Romano, ubi exhibetur accurata tabula, quae continet numerum, centurias, arma et tela cenſuum et claſſium, in quas Servius Tullius populum Rom. diviſerat. Nonnulla deinde praemittuntur de comitiis, civibus Romanis, coloniis et municipiis. Cap. II agit de regno et magiſtratuum poteſtate.

*) Alii AELIUM PRAEVOTIUM ſcribunt. Nec alii, nec nos, de huius ſcriptoris vita rebusve geſtis quidquam indagare potuimus.

tate. III de interrege et interregno. IV de ſe-
oribus. V de conſulibus et eorum poteſtate.
de praefecto urbis, annonae, vigilum, mili-
n, legionum, fabrorum, caſtrorum, praeto-
. VII de praetoribus. VIII de dictatore et ma-
tro equitum. IX de tribunis plebis. X de cen-
bus. XI de aedilibus. XII de tribunis militum.
II de tribunis aerariis. XIV de quaeſtoribus.
de proconſulibus. XVI de legato proconſulis.
VII de decemviris, legum auctoribus. In fine
litur Romanorum magiſtratuum brevis chro-
ologia.

Cf. FREYTAGII Apparat. litt. T. III. p. 304 ſq.

PETRI POISSON (Conſiliarii regii Francogal- Poiſſon.
i ſaeculi XVI) *Traité des anciens et nouveaux Ma-
ſtrats et des dignitez du peuple Romain, ſelon l'or-
e de leur inſtitution; accommodé à l'uſage de ceux
France.* à Paris 1583. 8. *Hag. Comit.* 1680. 12.

JOH. PYRRHI (ENGLEBERMAEI, *ICti Au-* Pyrrhus.
lianenſis ſaeculi XVI) de magiſtratibus Romanis
bri III; in Oceano iuris ſive Tractatu tracta-
um (*Venet.* 1584. fol.) T. I. p. 136 ſqq. et T.
VI. p. 202 ſqq. (Quam ob cauſam hic ſcriptor
iisdem verbis in collectione iſta occurrat, non
et, niſi per errorem factum). — Agit quam
axime de magiſtratibus Romanorum palatinis,
aeſtoriis et militaribus.

GEORGII VAUCHOPII, *Scoti*, de magiſtrati- Vauchoup.
s veteris populi Romani Tractatus. *Romae*
95. 8. *Cadonii* 1595. 8. In *Scriverii* Republ.
m. p. 385 ſqq. et in *A. H. de Sallengre* Nov.
heſ. Antiqq. Rom. T. III. p. 1001 ſqq.

JUSTI LIPSII Tractatus de magiſtratibus ve- Lipſius.
ris populi Romani. Saepius typis repetitus v. c.
amburgi 1608. 12. *Helmſtadii* 1637. 8. In eius

Opp. In *Scriverii* Rep. Rom. p. 245 ſqq. E
Clauſingii Iure publ. Rom. T. I. p. 541 ſqq.

Kirſch. HENRICI KITSCHII (*Lipſienſis*, *Princ*
Aſcanienſium bibliothecarii et Gymnaſii Serv
Profeſſoris philoſophiae) de magiſtratibus Rei
Romanae, eiusque criteriis, Diſſertatio aphor
ca; adiecta *eiusdem* Symbologiae heroicae it
8. Sigillatim prodiit *Lipſ.* 1607. 4. Exſtat eti
ſine auctoris nomine, cum *Zamoſcii* libro de
natu Rom. *Argent.* 1608. 8; et in *Clauſingii*
publ. Rom. Faſc. III. p. 435 ſqq. — Agitur a
riſmis CCCCLXIV de primis conditoribus m
ſtratuum, ſingulorum muniis et differentiis,
non de populo ipſo etc.

Campianus. M. AUGUSTINI CAMPIANI, *ICti et A*
tecceſſoris Taurinenſis, de officio et poteſtate m
giſtratuum Romanorum et iurisdictione L
II. *Auguſtae Taurinorum* 1724. 4 mai. Ge
1725. 4 mai. — Praemiſit auctor diſſertatio
de poteſtate Romani Imperatoris, ſine qua
ratam et perfectam magiſtratuum cognitione
ri non poſſe, recte vidit. In Imperatore ig
explicat eius nomen, Proconſulare Principis
perium, ius relationum ad Senatum, Cenſo
et Tribunitiam poteſtatem, Conſulatum, ſac
dotia et poteſtatem divinam (ubi, Chriſtianos
peratores ad Gratiani tempora nomen Pont
aſſumſiſſe, adverſus Iac. Gothofredum multis
bat), liberam et legibus ſolutam auctoritatem,
giſlatoriam poteſtatem, nomen patris patriae,
gem regiam, cuius celebre fragmentum exh
et paucis illuſtrat, denique poteſtatem Princip
magiſtratibus diffuſam. His expoſitis accedit
Senatores, quorum recenſet originem et nu
rum, cenſum et aetatem, ritum legendi in Se
tum, auctoritatem Senatus, inſignia Senato

aecipue tunicam laticlavem, quam ſequioribus mporibus *colobium* appellatam fuiſſe, contra Jac. othofredum tuetur. Sequitur explicatio ſingurum legum, in digeſtis ad hoc argumentum ſpeantium. Talem in reliquis titulis, qui de iure officio magiſtratuum agunt, morem atque comentandi rationem auctor ſervavit. Non temere los ſcriptores ſecutus eſt, ſed eosdem cum cura git et contulit, proprioque ingenio eruere mera in haud paucis ſtuduit. Liber de iurisdictioe, quem libri inſcriptio innuit, huic volumini on ineſt, nec, quantum nos quidem ſcimus, nquam in lucem prodiit.

Cf. Acta Erud. a. 1726. p. 439 ſqq.

FABIANI TOERNERI Candidatus Romanus egener, breviter delineatus. *Upſal.* 1712. 8. Toerner.

LAUR. ARRHENII Diſſ. hiſtorico-politica de mo petendi magiſtratus apud Romanos. *Upſal.* 728. 8. Arrhenius.

JOH. HERMANSSON Diſſ. de aetate magiſtratuum Romanorum legitima. *Upſal.* 1736. 4. Hermanſſon.

M. ANT. FERRATII Epiſtola de creatione agiſtratuum; inter *eiusd.* Epiſtolas (*Venet.* 1738.) p. 155-162. Ferratius.

Eiusdem Epiſtola de extraordinariis imperiis; *id.* p. 192-198.

JOH. HENR. WACKERI Diſſ. de magiſtratius, qui in Senatu Romano ſententiae dicendae ocum obtinuerunt. *Dresdae* 1740. 4. Wacker.

BERNARDI ORICELLARII de magiſtratibus Romanorum veterum Commentarius; ex libro manuſcripto Florentino edidit JOANN. ERNEST. MMAN. WALCHIUS, Prof. publ. Societat. Lat. Jenenſis Director. *Lipſ.* 1752. 4. — Poſt Oricellarium, ſcriptorem ſaeculi decimi quinti, varii quidem Oricellarius.

quidem ſcriptores, a nobis recenſiti, argume tum iſtud copioſius maioreque eruditionis appar tu illuſtrarunt: tamen Italus iſte vel ideo mag faciendus, quod rivulos neque ſectatus eſt, neq ſectari facile potuit, ſed limpidiſſimos adiit fonte Optimos et probatiſſimos tam veteris Graecia quam Latii auctores perlegit, ac, quae ad ip rem facere videbantur, hinc inde diſperſa, in b ve hoc opuſculum apte ſciteque coegit. Scrib di ratio elegans eſt, caſta ac polita. Walch adnotavit ſolum ea, quae prae caeteris animadve ſione digna ſibi viſa ſunt.

Toerner. FAB. TOERNERI Diſſ. de faſcibus Roman *Upſal.* 1722. 8.

B. Scriptores de Senatu Romano.

Maioragius. M. ANTONII MAIORAGII de Senatu Ro mano Libellus. *Mediolani* 1561. 4. Haec ed tantae raritatis eſt, ut *Jo. Petr. Kohlius* in co mentatione de vita et ſcriptis Maioragii (p. dubitet, an unquam typis fuerit excuſa. Ve *Jo. Erh. Kappius* illam re vera Mediolani prodii probat in praefatione eiusdem Kohlii Deliciis e ſtolicis praemiſſa p. XXI. Kohlius idem antea di diſcere potuiſſet ex *Graevii* praefatione ad Tom. Theſ. Antiqq. Rom. ubi ille diſerte ait: *M. Ant. Ma ioragii libellus de Senatu Romano in manibus ho num etiam eſt. Sed is, quamvis in aliis ſcriptis, q edidit plurima, viri illius eruditionem et eloquenti faciam permagni, ſtrigoſior eſt, nihilque docet, q non uberius et ornatius proſecuti ſint Manutius et Za moſcius.* Nihilo minus Polenus opuſculum il typis repeti curavit in *Supplement. Theſ. Antiq* T. I. p. 675 ſqq.

Zamoſcius ſ. Sigonius. JOH. SARII ZAMOSCII (*magni Poloniae Can cellarii, ducis copiarum, et pacis artium intellig tiſſimi*

?mi *Maecaenatis* † 1605) de Senatu Romano Libri . *Venet.* 1563. 4. Iidem, quibus acceſſerunt)ACH. PERIONII de magiſtratibus Romano- ım et Graecorum Libri III; WILH. POSSARDI ibellus de Athenienſium magiſtratibus, cum an- :xa Diſſertatione aphoriſtica (HENRICI KIT- :HII) de magiſtratibus Romanorum. *Argen- :r.* 1608. 8. (Haec editio rara). Eosdem li- ros de Senatu Romano recudi curavit *Graevius* Theſ. Antiqq. Rom. T. I. p. 951-1022; et *God. Clauſing* in Iure publ. Rom. T. III. p. 1 ſqq. —): uſculum Zamoſcius adornavit et edidit in pri- no aetatis flore Patavii, cum ibi, vix viceſimum nnum agens, expoliendi ingenii cauſa degeret. Inde nonnullis ſuſpicionem movit, ſe non eſſe ım docti et pulchri libri, qui ab omnibus magno lauſu excipiebatur, parentem, ſed CAROLUM IGONIUM, quo in primis Patavii utebatur, quod Thuarms in libris de vita ſua prodidit. *Graevius* ero in praefatione ad T. I. Theſauri ſui huic ıſpicioni non accedit. *Freytagius* in Apparatu tter. T. III. p. 318 ait, Sigonium ipſum auctorem ıuius libri ſe publice profeſſum eſſe: ſed locum, ibi hoc factum fuerit, non indicat. In primo li- ro auctor ipſam Senatorum lectionem, munus t privilegia deducit, altero rationem et modum abendi Senatus, rogandarumve ſententiarum luſtrat.

PAULI MANUTII de Senatu Romano Liber. *Manutius.* *Venet.* 1581. 4. In *Graevii* Theſ. Antiqq. Rom. T. I. p. 894-950. In *Clauſingii* Iure publ. Rom. T. II. p. 256 ſqq. Et cum *Roſini* Antiqq. Rom. *Traj. ad Rhen.* 1701. 4) p. 792 ſqq. — Agit Ma- nutius more ſuo de origine ſenatus, de eiusdem rincipe, de cauſis amittendi ordinis ſenatorii, de oco, tempore et poteſtate habendi ſenatus, de

iure

iure referendi, de ordine rogandi ſententias, dicenda ſententia, de ſenatusconſulto. Subiun... ſunt loca ex commentariis Manutianis in op... Ciceronis huc ſpectantia.

Hotomannus. FRANC. HOTOMANNI de Senatu et in... bus quibusdam Senatusconſultis Libellus; in ... *dem* Opp. T. III. In *Graevii* Theſ. Antiqq. R... T. II. p. 1891-1908. et in *Clauſingii* Iure p... Rom. T. III. p. 665 ſqq.

Senat Rómain. *Le Senat Romain.* à Paris 1702. 12. Li... valde ignobilis, cuius nec auctor nec ordo n... innotuit.

Difficultés touchant la Conſtitution du Sénat R... main, propoſées par Milord STANHOPE, *et ré... par M. l'Abbé* DE VERTOT. *à Paris* 1721. 1...

Stanhope et Vertot. et in *eiusdem* hiſtoriae viciſſitudinum in admini... tione reip. Rom. editione ſecunda (cf. huius ... Vol. IV. P. I. p. 193). *Belgice*, Ultrajecti ad R... 1722. 8. — Comitis Stanhopii quaeſtiones ... difficultates numne aut ubinam primum luci p... cae expoſitae fuerint, neſcimus: ſed ſequen... fere in modum ſe habuerunt. Quaenam pr... quinque ſaeculis imperii Romani via conſue... dignitatem ſenatoriam adipiſcendi, fuerit? utr... nobiles ſive patricii iure hereditatis ſive primo... niturae dignitatem iſtam nacti fuerint, an con... les ius eligendi in ſenatum habuerint?

Toerner. FABIANI TOERNERI Diſſ. hiſtorico-po... ca de numero Senatorum Romanorum. *U...* 1727. 8.

Eiusdem Diſſ. de acclamatione ſenatoria. *ib...* 1722. 8.

Eiusdem Diſſ. de Senatore pedario veterum R... manorum. *ibid.* 1727. 8.

Ferratius. M. ANT. FERRATII Epiſtola de Senatu; i... ter *eius* Epiſtolas (*Venet.* 1738. 4) p. 71-77.

CON...

CONYERS MIDDLETON'S *D. D. Principal Li-* Middleton.
*rarykeeper's of the University of Cambridge, Trea-
ſe on the Roman Senate.* London 1747. 8 mai.
id. 1748. 8 mai. Et in eiusdem *Miſcellaneous
Works*, ibid. 1752. 4. *ibid.* 1753. II Voll. in 8.
talice, Venet. 1747. 8. *Theotiſce*, cura *Chriſtiani
rneſti de Windheim*, Gottingae 1748. 8. *Franco-
ice (par M. D. *** Préſident du Parlement de
Touloufe)* à Montauban 1753. 8. *à Amſterd.* 1755.
. — Quum Vertotii reſponſa in Comitis Stan-
opii quaeſtiones alii optimati Anglico, cui no-
men HERVEY, non ſatisfecerint; hic cum Middle-
ono, rerum Romanarum peritiſſimo, per epiſto-
as ſuper quaeſtionibus iisdem urbane diſputavit.
Quae diſputatio Anglo doctiſſimo anſam, argu-
mentum de Senatu Romano altius perſcrutandi, at-
que ortum huius libri dedit. In eius parte priore
piſtolae Middletoni ad Herveyum leguntur, in
quarum prima potiſſimum affirmatur, magiſtra-
uum candidatos, inde a quaeſtoribus et cum iis,
x eo tempore, quo etiam plebeji ſenatores fieri
poterant, ſemper ex ordine ſenatorio lectos fuiſſe.
Tres reliquas epiſtolas in eadem parte contractas
exhibet auctor, et in iis contra Herveyum con-
endit, creationem ſenatorum non ſolum per re-
ges, et poſtea per conſules vel cenſores fieri po-
uiſſe, ſed potius hos omnes tanquam populi mi-
iſtros hac in re egiſſe. Quae quidem non ſolo
eſtimonio Dionyſii Halicarnaſſenſis, qui ſtudio-
ius Romanis ſcriptoribus hac de re tradit, fretus,
xponit, ſed etiam aliis argumentis ductus, v. c.
ex reipublicae conſtitutione in univerſum; ex locis
nonnullis] Ciceronis, et ex eo, quod Cenſores
ne quidem levioribus in rebus pro arbitrio, ſed
populi conſenſu agere potuerint. In parte priore,
quae antea non per epiſtolas innotuerat, auctor
expli-

explicat poteſtatem et iuriſdictionem ſenatus, i
et modum, eundem convocandi. Declarat p
ro, quibus in locis convenire ſolitus fuerit. A
dit ordines ſenatorum, modum deliberandi, i
dolem ſenatusconſultorum, dignitates et hon
ſenatoribus proprios, aliaque. Interpres Fr
gallicus notas verſioni adſperſit. Alii Angli
argumentum ſequentibus ſcriptis ventilarunt.

An Eſſay on the Roman Senate by THO
Chapman. CHAPMAN, *D. D. Maſter of Magdalen Col.*
Cambridge, and Chaplain in ordinary to his M
Cambridge 1750. 8. *Francogallice* a *Lar*
Pariſ. 1765. 12 mai. — Auctor magnam h
libri partem iam confecerat, cum Middle
opuſculum in lucem prodiret. Cum volup
quadam conſenſum plurium diſquiſitionum u
rum cum Middletonianis animadvertit: tamen
propoſito perrexit, ut argumento obſcuro eo
rior lux forte accenderetur. Dignus utique l
qui cum Middletoniano conferatur.

Hooke. Poſtea NATHANAEL HOOKE, cuius h
riae Romanae ſupra meminimus, edidit obſ
tiones hac epigraphe: *Obſervations on* 1. *the*
ſwer of M. l'Abbé de Vertot to the late Earl St
pe's Enquiry concerning the Senate of ancient R
dated December 1719. 2. *a Diſſertation upon the*
ſtitution of the Roman Senate by a Gentleman p
ed in 1743. 3. *A. Treatiſe of the Roman Sen*
Conyers Middleton publiſhed in 1747. 4. *An E*
on the Roman Senate by D. Thomas Chapman p
ed in 1750. London 1758. 4. — Pruritu q
dam, nova et inaudita dicendi, ductus, Hoo
ſcriptoribus iſtis in omnibus fere, et quidem
ulla ratione acerbe ſatis et vehementer, co
dicit, Dionyſium tanquam fabularum narrat
exprobrat; ius enim creandi ſenatus primitus h

pe

enes populum, ſed penes reges fuiſſe, quippe ui ſenatum legerint, et quae ſunt reliqua. Alius nglus, SPELMAN, qui eodem tempore Diony- ſ verſionem Anglicam parabat, patronum eius git ſine nominis ſui mentione hoc ſcripto: *A hort Review of Hooke's Obſervations concerning he Roman Senate and the Character of Dionyſius of Halicarnaſſus.* Lond. 1758. 4. Spelman.

Tandem diu poſt HERVEYI obitum († 1743) Hervey. piſtolae eius, quas ad Middletonum dedit, qua- umque editionem ſe vivente prohibuit, publicae uci expoſitae ſunt hac inſcriptione: *Letters bet- ween Lord* HERVEY *and D.* MIDDLETON *con- rning the Roman Senate, publiſhed from the origi- al Manuſcripts by* THOMAS KNOWLES. *Lond.* 778. 4.

✠ ✠ ✠

